




constituentis. fol. 61
Contra procuratorem quando opponatur ratiõe formæ. 61
Procurator falsus quis dicatur. 63
Procuratorium originale. 64
De probationibus 167
Probatio quid. 167
Probationis diuisio generalis. 167
Probare qui & qualiter debeant. 167
Probatio in quibus casibus transfertur ad reũ. 167
Probari quid & quando debeat. 169
Cautelæ actoris in probando. 168
Probationum species. 169
Probationis semiplenæ sex species 169
De præsumptione. 185
Præsumptio quid sit. 185
Præsumptionis species quot. ibi.
Purgatio quid sit & quotuplex. 258
Purgatio canonica. ibi.
Purgatio vulgaris. ibi.
Purgatio vulgaris quare prohibita. ibi.

Q.

QVæstiones incidentes. 147
Qui absq; iudicis authoritate citari exhiberiq; possint inuiti. 236

R.

DE recusatione.
Recusatio quid. 138
Recusationis caussę quæ. 138
Recusari quis possit. 139
Recusatio quando & qualiter fieri debeat. ibi.
Recusationis effectus. ibi.
De reconuentione. 140.
Recõuẽtio de qbus caussis vel reb⁹ fieri nõ possit. 245. (146

14043

Reconuentio quando facienda. fo. 147
In reconuentiõe, qualiter procedatur. ibi.
De relationibus. 196
Quid sit relatio. 196
Relatio in quibus facienda. 197
Relationis 8. conditiones. ibi.
Relatio quando facienda. ibi.
Relationis effectus. 198
De remissionibus. 198
Remissio quid. ib.
Remissionis conditiones. ibi.
De renuntiatione & conclusione. 190
De Reo. 52
Rescripti exhibitio & impugnatio. 87
In rescripti exhibitione actoris officiũ quod 87
In rescripto recipiendo officium iudicis. 87
In rescripti exhibitiõe quod sit officium notarij. 88
Rescriptum quomodo impugnetur ratiõe falsi. 88
Rescriptum quomodo impugnet ratiõe formę. 89
Rescriptum quõ impugnetur ratiõe impetrãtis. 91
Rescriptũ quõ impugn. rõe eius cõtra quẽ impetrat. 82
Rescriptum quõ impugnetur ratione cauſſæ. 95
Restitutio in qbus casibus locum non habeat. 150
De replicatione. 145
Rumor quid sit. 256
Rumor quõ differat a fama, manifesto, omnino occulto, pene occulto & notorio. 255

S.

DE Satisdatione. 143
Satisdatio quid & quotuplex. ib.
Satisdatio actoris. ibi.
Satisdatio rei. ibi.
Satisdatio procuratoris actoris. ibi.
Satisdatio procuratoris rei ibi.

Satis-

Satisdationis extraordinalis quatuor species. 145
Salariorum solutio. 230.
Salaria iudicum. 230.
Salaria procuratorum seu aliena negotia gerentium. 231.
Salaria aduocatorum. 232.
Salaria medicorum. 233.
De secundo decreto. 115.
Secundum decretum qualiter interponatur. 115.
Secundum decretum quid sit. 115.
Secundi decreti in actionibus personalibus ordo & forma. 115.
Secundi decreti in actonibus Realibus ordo & forma. 116.
Secundum decretum quando & intra quod tempus sit interponendum. 117.
Secundum decretum in quibus rebus vel actionibus locum habeat. 118.
Secundum decretum a quibus iudicibus & quo iure postuletur. 119.
Secundum decretum tres habet effectus. 120.
De sententiæ petitione. 195.
De sententiæ prolatione. 199.
Sententia quid sit. Ibi.
Sententiæ iudicialis species 4. 199.
Sententia a quo ferenda. 220.
Sententia quando ferenda. 220.
Sententiæ conditiones. 220.
Sententia quæ continere debeat. 121.
Sententiarum formæ diuersæ. Ibi.
Sententiæ effectus. Ibid.
Sententiæ annullatio, siue retractatio. 202.
De sententiæ executione. 202.
Quæ sententia sit executioni mandanda. 203.

Sententiæ executio a quibus facienda. Ibi.
Sententiæ executio in quibus rebus fieri debeat. Ibid.
Sententia post quantum tẽporis sit executioni mãdanda. 204.
Sententiæ executio qualiter & quo iure petatur. Ibidem.
Sententiæ executio qualiter impediatur. 205.
Scripturæ diuersæ in iudicio productæ quibus modis impugnentur. 185.
De Syndico. 65.
Syndico quæ obiiciantur. 66.
De supplicatione. 220.
Supplicatio quid. 221.
Supplicari a quibus possit. 221.
Supplicari quando liceat. 221.
Supplicare ex quibus caussis possit. 221.
Inter supplicationem & appellationem differentia. 222.
Supplicationis effectus. 222.
Subdelegatus quis. 27.

T.

DE tabellione. 78.
De testibus. 98.
De testium productione. 170.
Contra testes quæ opponi possint. 170.
Testes in quibus casibus rogari debeant. 173.
Testes quando sint recipiendi. 174.
Testes quibus casibus recipiantur ante litis contestationem. 174.
Testes qualiter sint producendi. 175.
De testium iuramento. 176.
Testium examinatio. 178.
De attestationum publicatione. 178.

Testi-

INDEX

Testium reprobatio. 178.
Testium numerus. 180.
Quibus testibus maior fides adhibeatur. 180.
De testium compulsione. 181
De testium productioni renuntiatione. 181.
De tutore. 69.
De tutore testamentario, & quæ contra eum excipiantur. 70.
De legitimo tutore. 70.
Contra legitimum tutorem exceptiones. 71.
De datiuo tutore, & quæ ei opponuntur. 71.
De tutoribus anomalis. 72.
In tutela anomala qualiter opponatur contra mãtrem vel auiam. 73.
Tutorum vel curatorum impugnatio generalis. 72.
Tutorem habenti quibus casibus alius detur. 73.
Tutores vel curatores dare qui nam possint. 74.
Curatores quibus personis dandi. 74.
Curatorum potestas. 75.
Curatorum species quinq. 75.
De vicedomino. 69.
De vicecomite. 69.

FINIS.

INDEX

ANDREAE ALCIATI MEDIOLANENSIS IURECONSULTI, PRAXIS AUREA, QUA QUIS VELUTI THESEI FILO DUCTUS, EX LEGUM PARITER & CANONUM LABYRINTHO FACILIME SESE EXTRICAUERIT.

¶Operis tabula atq; partitio.



LIBER HIC PRIMUM diuiditur in duas partes. ¶Prima parte tractantur generaliter hæc tria. ¶Quid sit iudicium. ¶Multiplex iudicium. Diuinum scilicet & humanum. Humanū duplex. Contentiosum, siue priuatum. Contentiosum multiplex. Criminale scilicet, aut ciuile, aut ordinarium, aut extraordinarium, aut vniuersale, aut generale, aut speciale, aut cōmune, aut integrum, aut partiale, aut contradictorium. ¶In iudicio quinq; cōsiderant̄: Personæ, & sunt necessariæ vel vtiles: Iurisdictio, & est voluntaria siue contentiosa, tempus, locus, causa, q̄ ciuilis vel criminalis dr̄.

¶Ordo iudiciarius in causis ciuilibus tres habet partes. Prima dr̄ dispositiua siue præparatoria, & incipit a iudicij præparatione, vsq; ad litis contestationem exclusiue, in qua nullus dicitur egisse, sed agere voluisse. Et habet multas species: vt iudicij præparatio, actionis seu cessionis propositio,

actionis cessio, cõpetentis iudicis aditio. Et incidẽ taliter hic de iudicibus ipsis & offi. & summaria cognitione, & psonis in iudicio corã iudicibus interueniẽtibus ex ordine. Rescripti exhibitio & impugnatio, citatio seu in ius vocatio, cõtumatiæ punitio, primi & secundi decreti interpositio, comparitio, libelli oblatio, dilatio, feriarum petitio, recusatio, exceptio, satisdatio, interrogatio, reconuentio, incidentium quæstionum & ordinis cognitionum explicatio, petitorij, possessorij, & spoliationis declaratio. ¶ Secunda dicitur diffinitiua, & incipit a litis contestatione vsq; ad sententiam diffinitiuam exclusiue, in qua pertractatur negotiũ principale, hoc ordine: Litis contestatio, iuramenti calumniæ præstatio, positio, confessio, probatio, articulorum exhibitio, instrumẽtorum editio, præsumptio, iuramenti delatio, disputatio & allegatio aduocatorum, renuntiatio & conclusio, consilij requisitio. ¶ Tertia etiam dicitur diffinitiua & incipit a sententiæ diffinitione & petitione vsq; ad eius executionem, si non fuerit appellatum. Si vero appellatum fuerit, suspẽditur executio, donec appellationis causa fuerit finita. In hac parte principali negotio finis interponitur. Ad hanc spectant quæ sequuntur, sententiæ petitio, relatio, remissio, sententiæ prolatio, & quæ ipsam sequuntur: sententiæ executio, appellatio, Apostolorũ petitio, in integrum restitutio, supplicatio, expẽsarũ petitio, fructuum & interesse petitio, salariorum solutio, temere litigantium punitio.

¶ Substantialia iudicij.

Citatio seu in ius vocatio, libelli oblatio, iuramenti calumniæ (si petatur) præstatio, litis contestatio,

ſtatio, concluſio, ſententia in ſcriptis.

Et conſiderari dupliciter hic iuris ordo poteſt. Vel quo ad ſubſtantialia, & ſic non poteſt remitti etiam de conſenſu partium, quandoquidem hæc introducta ſunt pro communi & reipub. vtilitate. Verum quo ad alias iuris ſolennitates, quæ ad dei rum reuerentiam, vrgente neceſſitate, vel in partium fauorem introductæ ſunt, quandoq; remitti poteſt, de quo dic vt in c. vlt. ex. de ferijs.

¶ Secunda parte tractatur quomodo ſeruantur ſubſtantialia.

Exceptio ab ordine iudiciario, qua docetur in quibus ordo iuris realiter non ſeruatur, ſcilicet in Electionibus, Poſtulationibus, Prouiſionibus, Dignitatibus, Perſonatibus, Officijs, Canonicatibus, Præbendis, Decimarū, Matrimonij, & Vſurarum cauſſis. *In inquiſitionibus hæreticorum c. Statuta de hære. lib. 6.* In cauſſis a principe ſic commiſſis, vt cognoſcātur ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu iudicij. In notorijs, quandoquidē in talibus ſeruare ordinem iudiciarium, eſſet ordinem peruertere. c. Ad nr̄am ex. de iureiurando. In extraordinarijs cognitionibus, vbi ſcilicet iudex ſe ſummarie informat. In extraordinaria inquiſitione, vel generali, vel ſpeciali.

De hac exceptione habes in c. Diſpēdioſam, De fo. compe. in Clement. Verum circa exceptionem de mandato principis, aduerte quod licet princeps ſubſtantialia iudicij a iure poſitiuo inducta tollere poſſit, vt eſt litis conteſtatio, terminus ad libellandum, articulandum, & de ſimilibus: non tamen poteſt tollere, quæ a iure naturæ ſunt introducta, vt eſt in ius vocatio, quā vocant

Citationem. Nam & Adam in paradiso cõdemnandus, prius vocatus fuit. c. Pastoralis: de sen. & re. iudi. in Cle.

Quare autem in notoriis non seruetur per omnia iudiciarius strepitus & ordo, duplex assignatur ratio. Prima, quia læderetur ius actoris, cum ei incumberet onus probandi, cum necesse non est, cum nullæ sint validiores probationes quam per euidentiam facti. Secunda, quia læderetur disciplina iudicialis, si iudex non posset punire, nisi prius probaretur: & sic plerunque transirẽt crimina impunita, contra c. vt famæ ex. de sen. ex. co. & contra ll. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui. ff. de iudic. l. Si longius. para. 1. C. de pœnis. l. Si operis, ff. de pœn. l. capitulis, para. famosos.

¶Decem termini substantiales iudiciarij ordinis.

Primus ad dicendum contra missionem ex primo decreto, vel contra rescriptum, & hoc contra delegatos, non autem cõtra ordinarios. Quia ordinariorum autoritas iure est confirmata. Secundus est ad libellandum. Tertius est ad respondendum libello, & litem contestandam atq; iurandum de calumnia. Quartus ad articulandum. Quintus ad respondendum articulis. Sextus ad producendum omnia. Septimus ad dicendũ contra producta. Octauus ad declarandum. Nonus ad dicendum cõtra declarata. Decimus ad concludendum & audiendum iudicis motiuum.

¶Ordo iudiciarius in causa criminali, in quo hoc modo proceditur.

De accusatione. De denuntiatione. De inquisitione. De criminibus in modum exceptionis propositis,

positis, De notorijs criminibus. De abolitione & purgatione.

Omnis quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, Cice. aut debet a definitione proficisci: vt intelligatur quid sit illud, de quo differitur. Cuius & sententiæ Iurisconsubscribere videtur, cum inquit: Bene est priusquam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de significatione rei referre. Quare & nos operæprecium facturos duximus, si iudicij, cuius regularem ordinem sumus declaraturi, definitionem præmiserimus. Et si omnis definitio in iure sit periculosa. Deinde vero eiusdem diuisionem, qui & non vulgaris modus sciendi est, adiunxerimus, singula deinceps secundum tabulæ præfixæ ordinem declaraturi.

¶ Iudicium quid.

Iudicium est causæ discussio, cum cunctarum personarum interpositione. Vel: Iudicium ē actus legitimus trium personarū. Iudicis scilicet, Actoris & Rei, super eadem quęstione vel coram eodē iudice contracta, ex. de ver. sig. c. forus in gloss. Vocatur autem iudicium quasi iurisdictio. Iudicium autem prius inquisitio vocabatur. Vnde & autores iudiciorum præpositos, quæstores, vel quęsitores vocamus. d. c. forus.

Substātia igit' iudicij stat in Iudice, Actore & Reo. Et sunt semp in iudicio vere vel ficte vel repræsentatiue.

Vere, quādo dictæ tres personæ expresse sunt in iudicio. Ficte, seu repræsentatiue, propter notoria, in quibus fama repræsentat Actorem, & fungitur actoris vice, vt in omnibus iudicijs generalib⁹ vel specialis ingsitionis, aut notorij criminis.

Actus legitimus Iudiciarius duo includit. Processum iudicij & personas iudicij.

Iudicium quod modis accipiatur in Iure, nempe xv. vide gloss. Inst. quibus nō est per. fa. test. para. præterea, in verbo Iudicium. Iudicium incipit a li. contest. Et hoc intellige respectu causſæ C. eo. l. i. Nōn autem respectu aliorum actuum iudicialium, vt sunt examinatio partium.

Iudicium secundum Goffredum finitur quatuor modis, tēpore scilicet, Sententia, Prohibitione, & Mutatione.

Tempore, vt causſæ criminales biennio, c. vt vitia cer. temp. in per to. Cæterae triennio, C. de Iudic. properandum.

Sententia, quia Iudiciū finē accipit ex re Iudicata, c. iudicium. ex. de re iudicata.

Prohibitione, quia iudicium soluitur vetante eo qui iudicare iussit, vel eo qui maius imperium in eadem iurisdictione habet.

Mutatione status, vt si ipse iudex eiusdem imperij esse cœperit, cuius est qui iudicare iussit, l. Iudicium. ff. de iudi.

Iudicium redditur illicitū tribus modis.

Primo quando deest iudici authoritas super reo vel causſa. Et dicitur Iudicium vsurpatum, q̄d prohibetur. 6. q 3 c. Scriptum.

Secundo, quando Iudex authoritatem habēs procedit amore, vel odio, vel alio affectu. Et dicitur iniustum, quod prohibetur, vndec. quæstio. 3. c. quicunque.

Tertio,

Tertio, quãdo iudex ex leuibus ſuſpitiõibus, & ſignis aliquem condemnat ſine diligenti inquiſitione. Et dicitur Iudicium temerarium, quod prohibetur 2.q.1.c.primo, ſuper.

¶ Iudicium redditur nullum

Ratione Iudicis incompetentis, vt quia non habet poteſtatem ſuper eo quem iudicat, vt c. At ſi clerici. ex. de Iudic.

Vel ratione pſonę agentis, vt quia eſt minor & agit ſine authoritate curatoris, l. properandum. C. de Iudici, l. 1. C. qui leg. perſ. in. iu. ha. vel qa ſeruus vel monachus vel excommunicatus & huiuſmodi. Quia tales agere nõ poſsunt, niſi in caſibus in Iure expreſſis.

Vel ratione defectus rei, vt quia ſub tali Iudice tractari non poteſt, vt res eccleſiaſtica, a laico Iudice, veluti Ius patronatus, ex. de Iud. c. quanto, & c. decernimus.

¶ Iudicij diuiſio

Iudicium aliud eſt diuinũ, aliud Conſcientioſum ſiue priuatum, aliud Humanum, aliud Contentioſum. Diuinum eſt quod ſolius dei eſt, de q̃ 6.q 1.c. Si omnia. & 15.q 6.c. ſi quandoq;. Et eſt hoc quidem valde timendum. In eo enim quidem qui præſidet Iudex eſt & teſtis, c. Aliorum. 9.q.5. Hic Iudex ſecretorum eſt cognitor. 32. diſt. c. Erubeſcãt. De illo hic nihil. Alterius em̃ eſt ſententiæ ſcientięque.

Conſcientioſum, ſiue priuatum, eſt quod homo exercet. quando ſeipſum iudicat. De quo de pœniten. diſt. 1. c. in Actionem. Neq; de illo hic, ſed relinquitur cuilibet piæ & timoratæ conſcientiæ.

¶Humanū est inter homines, & est duplex, scz. Ratione materiæ, qđ rursus duplex. Criminale scz, & ciuile. Criminale, cuius finis tendit ad cō modū reip. & fisci. Siue pœna sit corporalis siue pecuniaria. Potest etiã hoc dici publicū ff. de publ. iud, le. item capitale. Ciuile cuius finis tendit ad commodum partis. dicitur & priuatum. ¶Ratione formæ, quod quoq; duplex. Ordinarium & Extraordinarium. Ordinarium, quod iuris ordine & terminis vtitur, vt sup. poteris videre in tabula. Vel quod fit coram ordinario ordinarie, id est debitis terminis. Extraordinarium, quod sic dicitur multis ex causis. Primo si sit coram delegato, c. Inducię, 3. q. 3. para. spaciumverſ. ei aūt. Secundo, quando non proceditur, in figura iudicij. Sed ex Iudicis officio per modum inquisitionis, vel denunciationis, c. superbis, & c. qualiter secundo ex. de accu. ¶Tertio in causis electionis, postula. & alijs exemptis, vt sup. in tabula notauimus.

¶Contentiosum siue seculare est, quod homo Iudex, inter homines contendentes exercet. Et institutum est, vt innocentia protegatur, & culpa ac delictum puniatur, 2. q. 1. c. quæ lotharij, & est multiplex.

¶Ratione quantitatis est quadruplex.

Vniuersale vt cū petitur vniuersum Ius, vt bonorum possessionis & hæreditatis petitio l. 1. ff. de rei. vend. l. sed & si. para. finali. ff. peccati hære. vide hic latius Spe. par. 2. ti. de Iudi.

¶Generale, vt Actio pro socio, negotiorū gestorum tutela, in quibus non vniuersum ius, sed generaliter aliquod petitur, vt ca. 2. ex. de libel. obl. & ibi in gloss. & spe. loco sup. alle.

Speciale-

Speciale, in quo non omnia veniunt, sed dunta-xat illa quæ includuntur in actione proposita, vt rei vẽdicatio, actio depos. & commoda. vide. spe. iam dicto loco, & c. cũ in ecclesia in verbo, venite in iudicium, ex. de cau. poss. & propriet. Commune. Et sunt tantum tria, sc3 fi. reg. fami. hertis. & cõ muni diuid. vide spe. sup. dicto loco & c. ex literis ex. de proba.

¶Ratiõe causę efficiẽtis, & est triplex.

Integrum, quod plurimorum sententijs compro batur, vt c. Extra. 64. dist.

Partiale, quod aliquorum sentẽtijs cõprobatur.

Contradictoriũ, est in quo vnus ponit, alter negat, vt si dicerem hoc esse consuetudinis, & tu cõ tra negares, vt in c. Abbate ex. de ver. sig. Et in hoc iudicio maioris potestatis standum est gene raliter, nisi in casibus in gloss. super verb. plures c. pastoralis ex. de rescrip.

¶In Iudicio qnq; considerantur, scili cet Persona, Iurisdictio, Tempus, locus & causa.

Personæ sunt duplices, necessariæ scz, & vtiles Necessarię sunt, sine quibus iudicium subsistere nõ potest. Et sunt hæ, Iudex, Actor, Reus, intellige ve re vel ficte, vt supra diximus. His enim personis deficientibus vel aliqua earum, iudicium quidem non erit. Eremodicium, id est lis deserta, vero certis in casibus esse poterit, veluti si reus contu-maciter post trinam edictorum monitionem, vel post etiã peremptorij edicti comminatiõem, quæ pro omnibus his valet, abesse dinoscitur, vel suam

fere elapso triennio a litis exordio, vna parte præsente, altera absente, Iudex sententiam dixerit. Vtiles tantum sunt, sine quibus iudicium subsistere potest: adhibitæ tamen faciliorem Iudicij exitum parant, vt sunt aduocati, Testes, & item Iudicis officiales, vt apparitores, pręcones, exequutores, adsessores litis, his personis commemorantur.

¶Regulæ, quæ personæ in Iudicio admittantur, & quæ prohibeantur.

Quęcunq; persona nō specialiter prohibetur, communi Iure admittitur.

1 Aetate prohibentur ob pueritiam, vtpote si quis minor 17 annis fuerit, aduocatus esse non permittitur.

Aduocatus aūt est, qui suā vel amici caussam apud eum qui Iurisdictioni præest, exponit. Qui autem aduocatum non habent, vel quibus aduocati inseruire nolūt, ij a Iudice petere possunt, Ait enim Prætor, Si aduocatum non habebunt, ego dabo.

2 Morbo prohibentur. Alij vero ob animi, Alij vero ob corporis morbum. Siquidem diutino & quotidiano laborantes morbo corporis, ita vt nec etiam suis negotijs supereſſe possint, Iudices esse prohibentur, itemq; aduocati, nisi in propria caussa. Testis quidem volens admittendus est, si corporis detineatur morbo, secus si animi, inuitus nō est cogendus. Item actor vel reus si vult quidem esse, suscipiatur, si mauult in ciuili caussa procuratorem dare, ei concedatur. Ob morbum animi prohibendi sunt, vt furiosus & mente captus. Et generaliter qui per se nullam legitimam personam

sonam in Iudicio consistendi habent.

3 Casu remouetur cæcus, mutus. surdus. Cæco quidem permittitur Iudicē esse, si hoc ei post acceptum magistratum acciderit. Aduocatus vero esse non poterit, nisi in propria vel suorum familiarium causa. Reus tamen vel actor esse poterit. Sed procuratorem ei dare si petat, non denegatur. Item testis in quibusdam iure suscipitur. In his quæ pertinent ad auditum, mutus, & surdus in Iudicio per se non possunt consistere.

4 Conditione, vt serui, seu liberti. Serui vero simpliciter nullam consistendi personam per se habent in Iudicio, nisi in crimine perduellionis. Liberti vero nec in patronum, nec pro patrono testimonium dicere possunt, vel accusare nisi in crimine læsæ maiestatis. Patronus autem contra libertum testimonium dare potest, sed non compellitur.

5 Sexu remouentur mulieres, ne sint Iudices, nec etiam ad postulandum nisi in sua causa, vel filiorum suorum quorum tutelam gerunt. Etiam in testamentis minime testes adhiberi possunt. In iudicijs vero nisi adulterij damnatæ sint, recte admittuntur.

6 Religione prohibentur, vt hæretici. Hi nec testes, nec Iudices, nec Aduocati, contra orthodoxos fieri possunt. Sed quamuis iudicialia testimonia hæreticis contra orthodoxos sint prohibita, in contractibus tamen & vltimis elogijs admittuntur. Item nec Iudæum Christiani iudicem esse, vel aduersus eum testem accipiendum, pro Christiano vero & contra Iudæum recipitur testis

7 Moribus prohibent infames: Sigdē nec Iudices esse

esse admittuntur, nec in testimonio recipiũtur, nec Aduocati sunt, nisi in sua causa & suorum familiarium, vel quorum administrationem gerunt.

8 Ob specialem causam prohibentur, vt propter inimicitiam capitalem. Siqdem capitales inimici inter se testes esse non possunt, nec accusatores: maxime si ante litem motam capitali inimicitia separabantur. Item si qui capitales inimicitias contra patrem habuerint, contra filium testes esse non poterunt. Iudex autem esse non prohibetur: sed si suspectum eum iudicem quis habuerit, licet ei episcopum ciuitatis ad causam discutiendam vna cũ suspecto iudice aduocare.

9 Ob familiam, ius dicendi in me vel pro me testimonium, nisi in crimine perduellionis, non habet filius vel filia, nepos vel neptis, neq; qsquam alius qui meæ potestati subditur. Item quibuscunque imperare possumus, vt inuiti testimonium dicant, hi iure nobis testes esse non possunt. Iudex pater filio, & filius patri, etsi in eius potestate sit, esse poterit.

10 Munere prohibentur milites, ne priuatorũ aduocati, aut iudices, aut accusatores existant. Generaliter nullus ad dicendum testimonium admittendus est, nisi quem & vitæ dignitas & morum honestas vel vox aliorum legitimorum testium commẽdat. Sed de his infra de testibus fusius dicemus.

Iurisdictio & ius. i. potestas dicendi iuris, & hæc alia est

Voluntaria, quæ quacunque parte volente expediẽ, vt adoptio, & mãcipatio, manumissio. Potest etiam quis inuitus manumitti. Nulli enim ciuitatem Romanam respuere permittitur. Contentiosa

tiosa, quæ per litem & contentionem expeditur: et hæc est duplex, scilicet mera & mixta. Mera vt potestas habẽdi gladium: mixta, quæ in se aliquam habet sententiæ dictionem.

Propria est, quæ non ab alio, sed a magistratu vel dignitate quibus fulget aliquis, dependet. Et hanc habentes ordinarij dicuntur. Nec interest, vtrum habeant gladij potestatem nec ne. Et hæc dicitur ordinaria: quatuor hanc faciunt, de quibus infra.

Demandata siue delegata quæ ab alio habente propriam dependet: & qui hanc habent demandati vocantur siue delegati, de quibus latius infra suo loco.

Ex communi partium consensu data, est, quæ necꝫ ex se, necꝫ ab alio habente propriam dependet, sed ex communi partium electione & consensu. Et dicuntur eam habentes Arbitri: sed de his infra vbi de Iudicibus differemus, latius ac fusius scribemus.

¶ In Iudicio qnꝫ sunt cõsiderãda, scilicet:

Tempus in quo Iudicia fieri debẽt, sic accipe. Nempe dies feriarum non esse Iuridicos sacrę constitutiones præcipiunt. Hi sunt gemini menses q̃s ad requiem laboris indulgentior annus accipit. Aestiuos quidem dies feruoribus mitigandis, Autumnos fructibus decerpendis: & secundum regionis qualitatem vsurpantur. Dies quoꝫ natalis domini & Calendarũ Ianuarij. Dies etiam Epiphaniarum, & 40 dies qui dominicam resurrectionis ceremoniarꝫ auspicio anticipãt. Dies q̃qꝫ Paschæ, qui numero septenario p̃cedunt & sequuntur, nec non dominici qui repetito in se calculo reuoluuntur, & ascensionis, & Pentecostes & letaniarum

otio

otio mancipãtur. Parí quoque reuerentia neceſſe eſt, habeant natalitios dies Apoſtolorum, nec non diem ortus imperialis perſonæ. De quibus feriarũ diebus inf. vbi ſingula ſpecialius diſtinguemus. In omnibus tamen prædictis diebus volũtariæ Iuriſdictionis effectus non prohibetur. Item crimina les cauſæ in prædictis menſibus exerceri non prohibetur. Item cauſas viduarum, orphanorum, alíarumq; miſerabilium perſonarum & piorum locorum, prædicto etiam tempore agere licet.

Tẽpus intra quod finire debet Iudicium, eſt triẽnium, & conſideratur a litis conteſtatę tempore, ſi cauſſa ciuilis eſt. Si autem Criminalis, vltra biennium non prolongetur. Si quidem Reus præſto, & Actor quidem abſit, liceat Iudici per exequutores negotij actorem regrere & monere, vt vel ipſe veniat, vel procuratorem mittat legitimum. Quid ſi actor non venerit, nec procuratorẽ miſerit? Vocetur per tria edicta ſcripta per interuallum, ita vt ſingulis non minus quam triginta dierum ſpaciũ tribuatur. Et ſi ne ſic quidem vocatus venerit, habeat adhuc ĩducias vnius anni: quo elapſo præſente Reo liceat Iudici audire litem: & legibus calculum proferat. Quod ſi intra prædictum anni ſpatium venerit & litem agere voluerit, ne tum quidem ſuſcipietur, niſi impenſas Rei ſoluere voluerit. Quod ſi tantummodo venerit, & expenſis datis annale tempus interrumpere voluerit, & iterũ a iudice recedens vſque ad exitum cauſſæ non permanſerit, ab omni cadet Actione. Illa enim regula qua cautum eſt, ne quis inuitus agere vel accuſare compellatur, tantũ locum habet, cum Actor aduerſarium ſuum teneri in Iudicio non fecerit. Hæc autem locum habent non ſolum ſi lis conteſtata

ſtata fuerit, ſed etiam ſi ſola intimatio, & precum oblatio Iudici facta eſt. Si autem Reus abfuerit, ſi quidem ex contumatia abeſt, & triennium prope tranſierit ita vt tres mẽſes tantum ſuperſint, eum tribus edictis vocare per prædicta interualla oportet. Quodſi nec tum venerit, cauſſam audiat, & ſecundū quod iuſtū inuenerit, ſententiā dicat. Curare autem debet ſemper Iudex, vt definita & certa ſit ſententia. Victum autem victori in omnes legitimas expenſas, quas iurauerit ſe in tota lite feciſſe condemnet. Sin autem vndiq; variæ lites ſint, & propter hoc alterum alteri in expenſis minime condemnare maluerit, & hoc habeat in ſua poteſtate. Has tamen victor abſens petere non poterit quia abſit. Sin autem vtraque parte præſente vel altera, iudex cauſſam finire minime voluerit, et totum triennium elapſum fuerit, totā litē ex ſuis facultatibus ſine oī inquiſitione emēdare cogatur.

Locus conſideratur in Iudicijs, vbi quis agere vel conuenire debet. Nam vbi domicilium habet reus, vel tempore contractus habuit, vel vbi deliquit, vel vbi res ſitæ ſunt, ſi in rem agitur, apud eius loci Iudicem conueniri debet. Actor enim forum Rei, non Reus forum Actoris ſequitur. Item Romæ omnes conueniri poſſunt, quocunq; loco ſit contractum. Hoc tamen ex priuilegio legatis reipub. cauſſa remittit̄. Itē apud quē iudicē qs egit apud eum reſpondere cogatur. Clerici autē in eccleſiaſtico negotio, non agere aut conueniri apud præſidem prouinciæ debent, ſed apud proprīū epiſcopū. Item ſi ciuilis cauſſa eſt, licet actor ſit ſecularis & Reus clericus, apud proprīū tñ Epiſcopū finiri debet. Sin autē is qui cōuenitur, eſt laicus, volens quidē apud antiſtitē litigare, admittēdus eſt,

Inuitus

Inuitus vero non est cogendus. Quod si in causa criminali quæ ad Ecclesiasticum negotium non pertinet, clericus accusetur: liceat & in hoc casu episcopum cognoscere: vt tñ si dignum clericum capitali supplicio inuenerit, oi clericatus honore denudatum ad puniendum præsidi tradat. Sin vero clericus ante præsidem accusetur, non liceat præsidi ante ipsum punire, quam clericatus honore a proprio episcopo fuerit denudatus. Quod si episcopus viderit acta non iuste cõstare, liceat ei differre gradus denudationem sub legitima cautela, quousq; sup ea re principi suggerat. Si vero inter clericum vel quemuis alium & proprium episcopum causa emerserit, Metropolitanus adeundus est: qui secundum canones & leges decernat. Etsi quis iudicatis acquiescere noluerit, ad patriarcham illius regionis referatur: & ille secundum ll. & cc. finẽ eis præbeat, & nulla persona cõtradicere eius sententiæ valeat. Idem est obseruandum, etsi inter duos episcopos eiusdem concilij. i. prouinciæ, de quacũque causa lis interueniat. Adhibere etiam debet in iudicando Metropolitanus quosdam de episcopis eiusdem concilij vel prouinciæ. Sin autem contra Metropolitanum quisquam agere voluerit: regionis illius patriarcha negotium decernat.

¶ Causa est, q̃ continet agentis, & rei controuersiã apud eum qui Iurisdictioni præest: & hæc alia est Ciuilis, alia criminalis.

Ciuilis est quæ per actiorẽ vel iudicis officiũ exercetur. In hac quædam considerari oportet quæ præcedunt eam, quædam quæ sequunt. Causam præcedit actionis æditio, in ius vocatio, libelli oblatio.

latio, Et de his ordine recto in genere, inf. vero suis locis specialius & fusius. Si enim quis contra aliquem se putat occasionem habere, prius eum adire vel per se vel per procuratorem suum debet, & actionem atq; rationes edere, vt secum aduersarius deliberet, vtrum velit soluere quod ab eo petitur, an reluctandum existimet. Qui soluere voluerit, non est in iudicium vocandus, alioquin iniuriarum actor tenebitur. Quod si reluctandum putat, Actor Iudicem adeat, Iudex vero libello conuentionis facto per apparitorem Reum in ius vocet. Libellorum vero secundum caussarum varietatẽ variæ formę sunt, quas apud sp. vide, & inf. suo loco nos quoq; aliquid dicemus. Quo subsequuto, habet Reus spatium viginti dierum, in quo liceat ei vel recusare Iudicem si suspectum habeat, et episcopum loci vel aliũ Iudicem cum eo ad caussam discutiendam aduocare, vel amicabiliter absolui. Etsi Iudicem accusandum putauerit, libellũ non accipiat Reus, sed ante præsidem prouinciæ repræsentatus præscriptione vtatur. Omnis enim a Iudice vocatus ante Iudicem sui copiam faciat vt hoc ipso sciatur, vtrum eius iurisdictioni subiaceat. l. Si quis ex aliena. ff. de Iudici. et c. proposuisti ex. de fo. compe. Si autem libellum conuentionis acceperit, tunc personales præstet fideiussores, & sportula exequutori detur, & subscribat respõsionis libello, et tempus & diem, quo eum accepit & vsq; ad prædictum spatium nullam molestiã patiatur. Sin autem prædictum tempus elapsum fit, tunc ad respondendum actor teneatur, si se nõ excusauerit. In ius patronum vocare prohibetur libertus, potest tamen si veniam edicti impetrauerit. Quodsi aduersarius hæc facere ausus fuerit,

50 aureorum pœna mulctabitur. Cum autem vtra que pars ante iudicem sui copiam fecerit, si quas præscriptiones inter se litigatores opponere volue rint, ante litis contestationem id faciant, alioquin postea opponere non licebit. Sed de his inf. specia lius suo loco. Satisdationes autem exponant. Re- us quidam iudicatum solui promittat. Actor ve- ro litem vsque ad diffinitiuam sententiam se exe- quuturum: Sin autem per procuratorem litigatur, tum si de mandato dubitatur, nisi sit pater & ma ritus procurator actoris etiam rem ratam habitu rum cum satisdatione confirmet. Procurator ve- ro rei, iudicatum solui satisdet. His quoque subse- quutis Actor quidem iuret, quod putans se habe- re iustam causam, venerit ad litigandum. Reus vero putans se vti bona instantia, venerit ad relu ctandum. Iurent etiam Reus & Actor, quod non dilationis vel calumniæ vel vexãdi aduersarij caus sa, probationes in tota causa ab aduersario suo ex igent. Aduocati autem vtriusque partis præbe- ant iusiurandum, nil se nisi quod iustum & vtile litigatoribus esse putauerint, in tota causa alle- gaturos, nec etiam dolo malo prætermissuros qc- quam. Quod si quis eorum hoc iusurandum subi- re noluerit, si Actor, cadat a causa, si Reus, condē netur. Quod si suspitio emerserit, quod aliquis li- tigator aliquid dederit, vel promiserit Iudici, si- quidem Actor est, ab actione cadat, sinautem Re us, pro condēnato habeatur. Plane si quis confes sus fuerit se dedisse & promisisse & cum hæc pro bauerit, ipse a pœnis immunis erit, conuictus vero Iudex, si quidem causa ciuilis fuerit, magistratu expolietur, promissum in duplo, datum in triplo

præsta

præstabit. Si criminalis est causſa, post bonorum publicationem in exilium mittatur. Et si litigator iudicem accepisse conuincere non potest, Iudex iu reiurando se purget. Litigator vero fisco æstimationem præstet, & lis legitimo modo finiatur. Et hoc, si ciuilis causſa fuerit, sin autem criminalis sit bona eius fisco publicabuntur.

Causſa vero Legitimum finem accipiat apud competentem Iudicem. Quod si iudex iusiurandum dare refutauerit, tam in criminalibus quam pecuniarijs causſis, memoratis subiaceat pœnis. Hæc autem omnia non solum in omnibus ordinarijs, sed etiam inter arbitros locum habere volumus. Oportet etiam Iudices, ab ipso principio litis vsque ad finem, & maxime in diffinitiua sententia, habere ante se proposita sacrosancta EVANGELIA, quia velut deum pro hominibus in omnibus causſis iudicem credendum est.

PRINCIPIVM litis est, litis contestatio. Lis autem contestata videtur, cum vtraque parte præsente, vnus proponit, alius autem contradicit. De quo infra suo loco latius. Hac autem contestatione actiones quæ temperales erant & quæ in hæredem transire non poterant, quæque fere præscriptione excluſæ erant, & in hæredem transeunt, & perpetuæ, efficiuntur. Nec hæc vlla nisi 40. annorum præscriptione post litis contestationem excluduntur. Hoc idem facit precum porrectio, Episcopalis commonitio & quædam alia, Lite autem contestata, res in controuersiam deducitur.

Controuersia vero triplex est, Aut facti, aut nominis, aut iuris. Facti controuersia est, cum de facto quæritur, vt feciſti hoc? Nõ feci. Hæc autem a Rhetoribus coniecturalis dicitur. Iuris, cum de facto conſtat, de Iure vero dubitatur. Hæc etiam generalem conſtitutionem includit.

Nominis autem controuersia est quæstio, cum de facto & de Iure facti conſtat. Sed de eius facti nomine dubitatur, vt ſi quis ſacrum ſurripuerit exprivato, & vnus ſacrilegium eſſe dicat, alter furtum contendat. Hinc naſcitur conſtitutio diffinitiua. Si facti est quæstio, ei incumbat probatio qui dicit, nõ qui negat: factum enim negantis naturali iure nulla probatio est. Si vero iuris quæstio ſit, qui negat ius probare debet: niſi generalis prohibitio ei obſit. Si vero nominis est q̃ſtio, qui aliquod emolumentum conſequi vult ex noïe, probare debet. Item conſiderãdum generaliter, quod qui agit vel accuſat, probare debet. Ait enim lex Qui accuſare volunt, probationes habere debent, Et Paulo poſt, Actore non probante, qui conuenitur etſi nihil ipſe præſtiterit, obtineat.

Item res alienas poſſidens licet nullam cauſſam poſſidendi habeat, tamen non niſi implenti intentionem ſuam reſtituere cogitur. Non autem ſolum qui ab initio agit probare debet, ſed etiam REVS ſi excipiat, probare debet. Reus enim in exceptione actor eſt.

Probantur vero quæſtiones, ſi quidem facti ſunt, teſtibus, inſtrumentis, fama, præſumptionibus, iudicijs. De quibus latius infra ſuo loco:

In teſtium probatione conſiderandum, quod vbi

vbi numerus non adiícitur, etiam duo ſufficiunt. Vox autem vnius teſtis nullo modo ad probatio nem eſt idonea: ad præſumptionem tamen facien dam poteſt admitti. Nullus etiam teſtis iudex eſſe poteſt. Nullus duas perſonas in eodem iudicio nec cauſſas habere poteſt. Item omnis teſtis iuratus te ſtimonium dicet. Et antequam ad dicendum teſti monium accedat: ſeparetur, & vtrum vera, & concordantia teſtimonio alterius teſtis dicat, diſcutiatur. Quod ſi ſimplices teſtes ſint & diſcordent, honeſtioribus credendum eſt. A reliquis autē ſi viles perſonæ ſint, per tormenta veritas extorquenda eſt. Inſtrumētis quæſtio probatur, vt cū ſcriptum aliquod ad probandum factum quod in quęſtione eſt, adducitur. Hoc tamē tale eſſe debet, vt ſi tabellariį publici conſcriptionem non habeat, teſtimonium ſacramēto firmetur. Sin vero & teſtes & tabellarius mortui ſint, dubitatio autem emergat, vtrum tabellarius ſcripſerit, tribus publicis inſtrumentis, de quibus dubium non ſit, dato ſacramēto comparatis, comparatio literarum fiat. Cum autem quęſtio iuris ē, ſp per ius ſcriptū, & per æquitatē, vel p ſimile probari debet. Sin vero æqtas iuri ſcripto cōtraria videat, ſcd̄m ipſam iudicandum eſt. Ait enim lex: Placuit in omnibus rebus iuſtitiæ ęquitatiſq; præcipuam eſſe, quā ſtricti iuris rationem. Huic tamen nonnihil contrariari videtur lex poſita in primo li. de leg. & conſt. Inter æquitatem, iuſq; interpretationem nos ſolū & oportet & licet inſpicere. Cum autem nomi nis eſt quæſtio, per diffinitionem vel ſcriptam legem probari oportet.

Criminalis eſt, quæ per accuſatiōem & inſcri ptionem proponitur. De qua nōnihil ſupra dictū:

verum latior tractatus in fine huius operis dabit.

¶Regulæ generales de iudicio.

PRIMA: Instantia Iudicij termino prorogata non perit per lapsum illius termini. Innititur regula tribus rationibus. Prima, quia Iurisdictio ipsa est perpetua. Secunda, quia & rescripta perpetua sunt. leg. 2 C. de diuers. rescrip. Ergo virtute perpetuitatis eorum agi potest, non obstante lapsu temporis. Tertia ne quis ex malitia prorogans, videatur inde cõmodũ reportare vñ foret puniendus Elicit hæc regula ex. c. venerabilis eṗi de Iudi. Et ex glos. super verbo nõ obstãte. Est aũt hæc regula aduers. l. properãdũ c. de Iud. in. i. rñs. & para. vlt.

Secunda: in Iudicijs non est acceptio personarum habenda ex. de reg. iud. c. in Iudicio li. 6. Iudicet ergo iudex magnũ vt paruũ, diuitẽ vt pauperem. In Arbitrijs tñ non obstante regula, vtile est habere iudicem gratiosum & fauorabilẽ, c. cõsuluit ex. de offi. de le. ff. de arb. le. 6. cũ dies. para. si quis ex litigatoribus. l. 1. C. qũo & quando Iudex.

Tertia: Iudicium vel iustum vel iniustum nequaquam vendere licet. 11 q 3. c. non licet, & ext. de vi. & ho. cle. c. cum ab omni.

Quarta: Iudicium dr̃ bifariam cœptum. Primo, per litis contestationem: & hoc quidem proprie, vt in authẽ. de litigio, para. Si vero apud, col. 8. & glos. c. de iudic. l. In verbo Iudicio cœpto. Secũdo & improprie, per simplicẽ Citatio. le. Si qs in aliena ff. deinde: & c. proposuisti, ex. de fo. cõp.

Et hæc pro prima parte opusculi huius gñaliter de iudicijs dicta sufficiãt, ampliora & pleniora in secunda & sequenti parte tradũtur.

Viso priore parte, quid iudicium & q̃tuplex

& his

& his quæ considerãda in eo putaui, explicatis, de eius duplici ordine nunc videamus.

¶ Iudicij præparatio.

Non minus consulte quam recte a iudiciorũ præparatorijs Speculator ille noster Gulielmꝰ Durandus, aurei sui illius speculi, non vitrei, non manu mortali confecti, sed immortali ingenio conflati secundum librum auspicatꝰ est. quem & ego imitaturus & post optimi & sagacissimi messoris terga spicelegium meum confecturus, & huiꝰ mei qualis qualis lucubratiunculæ in meam vtilitatem ac amicorum scriptæ, alteram partem a p̃paratorijs ipsis exordiar. Nam & ad huiusmodi præparatoria a iure inducíæ cõceduntur, quæ præparatoriæ nuncupantur. 3.q.3.c. inducijs. 5.q.2.c. Si primates, & nos inf. de dilationibus 12. Considerãtur autem hic præpatatoria circa duo, vt inf.

Præparatoria tã cõsiderãt circa partes, q̃ circa iudicẽ. Circa partes, vt s. is q agere vel accusare intẽdit, cõsulat amicos, & deliberet an expediat agere. 3.q.5.c. de indicijs, & qdẽ cõsulat peritos l. si aĩa, C. de inge. ma. et distingue, qa vel vult qs accusare vel denũtiare vel agere ciuiliter vel criminaliter acusare aliquẽ de aliq̃ crimie, et bñ facit, vt eũ prius charitatiue & familiariter moneat vt se emẽdet. c. 2. ex. de accu. nõ tñ ad hoc de necessitate tenet denũtiare, vt frẽm suũ corrigat pp pec catũ, hic p̃cedere debet charitatiua monitio, vt c. super his, & c. qualiter, 2. ex. de accus. & c. lig. Hij ex. de symo. quod si sic monitus non resipiscat, tunc demum iudici eum denunciet. Agere ciuiliter pro fundo, pecunia, vel seruitute, tunc anteq̃ illũ in causam vocet ab eo id ter exigat. 2.q.7.c. Si qs erga 16.q.7.c. omnes decimæ, c. de pigno. l. debitores.

Verum si quis in te peccat simpliciter, eum iuxta regulam euangelicam præmoneas & corripias. Matthæi 7 Lucæ 17. 2. Corinthi. 13. & ex. de iudi. c. nouit.

Circa iudicem, quia agitur coram eo vel criminaliter vel ciuiliter. Criminaliter, & tunc iudex debet examinare personam accusatoris, qua intentione moueatur, cuius sit opinionis, qua confidentia. Si ex inuidia vel odio, vel pro cupiditate, vel ex charitate accusat. 2. q. 7. c. Si qui sunt. Item in caussa iniuriarum, iudex semper laboret ad cõponendum partes. Vide hic Spe. latius. Ciuiliter, & iudex tendere debet ad compositionem, ex. de inuti. peti. c. 1. & transact. c. fi. ff. de vsufruc. l. æquissimum. C. de iudi. Authen. Si vero, vide latius Spe. li. 2. par. 1. titu. de præparatorijs.

In summa consultissimũ est Christiano vt otium negotio præponat, & ad componendum promior sit quam ad contentendum. 9. distinc. per to. de transact. c. fi. & hoc propter tres causas sequentes.

¶ Tres causæ a lite retractoriæ.

Prima propter euangelici, consilij obseruationem. Matth. 5. vbi Christus dicit, Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & tecum in iudicio contẽdere, dimittte ei & pallium. Et. 1. Corinth. 6. Apostolus, Si secularia iudicia habueritis, peccatum est in vobis, & vos contemptibiles facietis.

Secũda, qa cogit actor litẽ prosequi aduersario instante. Hic fit vt inducię deliberatoriæ sibi non concedant, qñquidem ad hoc debuit se primo præparasse. 3. q. 3. c. inducię.

Tertia, qa litis euentus est dubius. ff. de pecul. l. quod debetur. Agere igitur volenti multa perspi

cienda

cienda sunt & incumbunt, vt hic sequitur.

¶Quatuor actoris officia.

Primum, vt cum amicis, quorum in necessitatis articulo pauci reperiuntur, consulat, deliberet, an sibi agere expediat vel non, vt supra diximus. 1

Secundum, videat num probare possit quod intendit. 2. q. 8. c. Sciant. ff. de prob. ei qui. 2

Tertium præparet testes & aduocatos, vt p̃dic. c. de inducijs, & caueat ne decipiatur testiū vel aduocatorum fallaci promissione. vt 1 q 3 c. Paulum. ex. de elect. c. Statuimus in fi. lib. 6. vide hic latius Specular. d. lib. 1. 2. par. 1. in prin. para. bñ est. 3

Quartum, vt præmoneat priꝰ charitatiue eū contra quē intendit agere, vt dic. l. debitores. C. de pigno. vt supra latius diximus. 4

¶Actionis propositio.

Viso quid sit iudicium, & eius partibus in genere, & quantum hic sufficit, explicatis, & subinde iudiciorum præparatorijs declaratis, restat certe vt de actione videamus.

Actio ita ꝓ nihil aliud est, quam ius persequēdi in iudicio, quod sibi debetur, & subintellige vel deberi speratur, & non solum sibi, sed & ei cuius nomine agitur: sicut si procurator vel tutor agat. Singulas huius diffinitionis particulas. gloss. bene declarat instit. de act. para. 1.

In actione aūt sex summope sunt inspicienda Ex q̃ 1. caussa nascatur. Ex quo iure proficiscatur. Cui competat. Aduersus quem. Quid in ea veniat. Et iudicis officium in ea nasci. Cuius rei hãc accipe tabulam demonstratoriam ex ordine particulatim declarandam.

In actiõe sex inspiciẽda, scilicet. Ex qua caussa nascatur. Siquidem vel ex Obligatione, & per

sonalis dr̃, vel rei detẽtione, & realis dr̃. Ex q̃ iure proficiscat̃, nẽpe ex iure ciuili vel p̃torio, hinc aliæ dicunt̃ ciuiles aliç prætoriæ. Ciuilis alia de vniuersitate, alia de re speciali. Prætoriæ, aliæ in rẽ, aliæ in personam. Cui cõpetat. Aduersus quem. Quid in ea veniat: Iudicis officium ex ea nasci.

¶ Actio ex qua caussa nascatur.

Nascunt̃ oẽs actiões aut ex obligatiõe, et p̃sonales vocant̃. Obligatio aũt q̃bus modis contrahitur, hic præsupponit̃, vide instit. de oblig. Est aũt personalis actio, q̃ quis intentat contra aliũ ad aliquid dandum vel restituendum vel faciendũ, tanquam obligatum ex contractu vel quasi, ex maleficio vel quasi, vel etiam ex variis figuris caussarum in para. actionum insti. de acti.

Aut rei derentione, cum persona quidem nullo iure obligata est, mouetur tñ ei propter rem aliquam controuersia, quam possidet, pro qua agitur, vt in l. actionum gña. ff. de acti. Et hæ in rem actiones vocantur. Et sunt duplices, corporalium scilicet rerum & incorporalium. Corporalium rerum, vt cum res corporalis petitur siue pro re corporali agit̃, vt pro fundo, domo. etc. Incorporalium, vt sunt iura, seruitutes. Et pro huiusmodi seruitutibus dantur duæ actiones, confessoria scilicet & negatoria. Confessoria est, quæ competit ei qui dicit se habere ius vel seruitutem eundi vel agendi vel altius ædes tollendi. Negatiua quæ competit ei qui aliquem non habere ius, vel seruitutẽ ad aliquid quod facere volebat alter, & ipsum per hanc actionem prohibet, scilicet non eũdi per fundum meũ, non altius tollendi ædes, non officiendi lũminibus. Sunt aũt seruitutes de q̃bus dant̃ hæ duæ actiões duplices, s. p̃sonales & p̃diales. Personales

sunt,

sunt, vsufructus, vsus, habitatio, & ministerium seruorum. Prædiales, quæ iterum duplices sunt, rustícæ sc; & vrbanæ. Rusticæ, vt iter, via, actus, aqueductus. Vrbani, vt altius tollendi. Tignum immittendi, proiiciendi, protegendi, prospectus. De quibus vide suis. ti. Insti. ff. & C.

Actio proficiscitur ex iure Ciuili & Prætorio. Ex Ciuili, & ciuiles appellantur. Sunt autem quæ ex quinq; iurisillis speciebus, scilicet legibus, Senatusconsultis. Plebiscita. prudentium responsa. descēdunt, & sunt duplices, sc; in personam & in rem. In personā vt personales, de quibus hic sup. paucula. In Rem vt reales. Et harum aliæ sunt vel de vniuersitate, vel de re speciali. De vniuersitate, & harū aliæ proditæ sunt vel ad petendum vel ad diuidendum. Ad petendum prodita est petitio hæreditatis, quæ cōpetit hæredi ad impetrādā hæreditatē. Ad diuidendū prodita est famil. hercis. Actio pro diuidenda hæreditate. De re speciali. Et aliæ eriā vel ad petendū aliæ ad diuidendū. Ad petendū prodita est vendicatio, q̄ dño competit, ad rem suā petendā. Ad diuidēdū, pro re particulari Actio cōmuni diuid. cōpetit eis q̄ rem aliq̄ cōmunē habēt. Item in Rem Ciuilis est. fi. regun. q̄ datur eis q̄ confines agros possidēt ad fines distinguendos. Ex Prætorio, p̄toriæ sunt q̄ ex æquitate prætoris introductę sunt. Et harum etiam aliæ sunt vel in Rem vel in personam. In Rem veluti Publiciana, quæ datur bonæ fidei possessori. Seruiana, qua experitur quis de rebus colori quæ tacito pignoris iure pro pensionibus fundi domino obligatæ sunt. Quasi Seruiana, qua creditor pro re sibi pignorata experitur. Inter pignus autē & hypothecā nihil aliud interest, nisi q̄d pignus sine traditione fieri non potest. Hypotheca potest

In per-

In personam veluti de constituta pecunia, quę datur contra eum qui pro te vel pro alio se constituit soluturum, & ex nudo pacto oritur. De peculio, & competit ei qui cum filiofa. vel cum seruo peculium habentibus contraxit. In factum de iureiurando, vt si quis iurauit aduersario deferente in iudicio, datur ei ex sacramento actio. Et sunt dictæ tres non pœnales. In corrumpentem Edictum prætoris in albo, vel positum sustulisset, & est in 50. aureos. In vocãtem patrem in ius sine venia, vel patronum cum id non impetrasset, & est similis pœna. In vi eximentem in ius vocatum. In factum de calumniatoribus. Actio quod metus caussa, furti manifesti, serui corrupti. De effusis eiectis & appẽsis. Et sunt hæ oẽs pœnales, de quibus vide gloss. Inst. de actio. in verbo innumerabiles. para. pœnales, & Specula. de actio. li. 2. par. prima.

Actiones etiam in rem de seruitutibus prædiorũ vrbanorum & rusticorum ex Ciuilibus caussis descendunt. De quibus nonnihil inf.

¶ Actio cui competat.

Si quidem Actio ex contractu est, ei competit qui contraxit, vel hæredi eius. Sin vero ex maleficio, ei qui maleficium passus est vel hæredi eius. Excepta iniuriarum actione, & si qua alia similis inueniatur. Hæc eñ neq; hæredi neq; in hæredem datur. Quod si in rem sit actio, ei competit, qui ius in ea re quę petitur habere noscitur, & hæredi eius nisi personę ius coarctatetur, vt vsufructus, vsus, habitatio.

¶ Aduersus quem competat Actio.

Siquidem ex contractu est, aduersus eum qui cõ

traxit

traxit & eius hæredem, nisi sit depositum, ex quo lis crescit inficiando, vt si quid tumultus, incendij, ruinę, aut naufragij causſa depositum sit. Tum ēm in ipsum in duplum in hæredem, in simplum, Iudicium datur. Sin vero ex maleficio, aduersus eum qui maleficium fecit, vel eius hæredem post litis contestatiōem. Si vero in rem sit, aduersus eū competit qui possidet, vel qui dolo fecit, quominus possideret. Dolus enim pro possessore habetur, vt etiam eius hæres teneatur.

¶ Quid in Actione veniat.

Si quidem ex contractu, videndum est vtrum talis contractus, vel quasi contractus sit, vnde mutuæ nascuntur obligationes, vt sunt Mandatum, commodatum, depositum, pignus, Tutelæ, negotiorum gestorum. Ex his omnibus prædictis duplices nascuntur actiones, vna directa, altera contraria. Directa est Actio, quæ datur domino rei veluti, mandanti, commodanti, debitori, pupillo, ei cuius negotia gesta sunt. Contraria est, quæ datur ei qui rem gessit, vt mandatario. Commodatario, depositario, Tutori, Negotiorum gestori. Et in his quidem directis actionibus venit res quæ in cōuentione posita est, vt præstet vel vt restituat. Item dolus & lata culpa solum modo in quibusdā vt in depositō & precario. In quibusdam dolus & omnis culpa & diligentia, vt in cōtractu pignoris, mandatu, tutelæ, negotiorum gestorum. In alijs etiam exacta diligentia, vt in commodato. In contrario iudicio venit hoc, quod impensum est, vt in venditę iudicio precium venit. In empti autem res venditi. Et si quid deliquit dolo vel culpa, veniūt accessiones. Item in locati Actione venit merces

& deli-

& delictum & custodia diligens, venit etiam ipsa res quæ locata est, in conducti iudicio venit, si quid impendit, si quid deliquit.

Et Notandū, quod prædictæ actiōes ad id qđ interest spectant, vt si quis hoc quod in natura actionis est præstet cum suis accessionibus reus absoluatur. Sin autem ad id quod interest reus condemnetur.

Et notandū, quod oēs prædictæ actiones bonæ fidei sunt. Item bonæ fidei est ex stipulatu, quæ competit mulieri ad requirēdam dotem. Item præscriptis verbis quæ competit de æstimato, vt ea q̄ venit ex permutatione.

Et hoc sciēdum generaliter, quod in omnibus bonæ fidei iudicijs, non solum res quæ in petitione vel conuentiōe sit, sed omnes personales præstationes, item accessiones, item quicquid alterum alterī ex bono & æquo præstare conuenit, in alijs autem ex contractu vel quasi. Item condictiōe certi, quæ descendit ex mutuo, & ex stipulatu, præter q̄ in supradicto casu, & in debiti condictione, in præscriptis verbis actione ex alijs caussis, præter supradictas competēte, quia strictæ iuris sunt, res ipsi quæ tantum in conuentione positæ sunt, vel per errorē solutæ veniunt. Post litis aūt contestationem etiā accessiōes veniunt. In his aūt actiōibus q̄ nascūtur ex maleficio, vel q̄si maleficio, in quibusdā venit simplum, in quibusdā duplum, in alijs triplū, in alijs quadruplum. Simplum venit vt in actione leg. Aquil, item de dolo malo & post annum in bonorum raptorem.

Duplum in actione furti non manifesti. Serui corrup-

corrupti, depositi ex tumultu, incendio, ruina, naufragio, si inficiatur.

Triplum veluti cum quis maiorem summam in libello cõuentionis inseruit, vt si viatores maiores sportulas a reo exigerent.

Quadruplum consequitur quis actione furti manifesti, vt bonorum raptorum. Item de calumnia & multis alijs casibus. Vltra quadruplum nulla actio prodita est.

Per actionẽ vero in rem consequitur qs ipsas res in quas intendit, & in alijs quidem venit res ipsa quæ petitur, in quibusdam tantum ius in re, in quibusdam sola possessio.

Res ipsa venit in actione Iure speciali, quę vẽdicatio vocatur. Veniunt etiam partus, & fœtus, & fructus actionis, & ea varie secundum qualitatẽ possessorum. Sin bonę fidei sunt possessores, de consumptis non tenentur. Malæ fidei vero possessor omnem rationem reddat.

In petitione autem hæreditatis, quæ competit hæredi solum, contra eum qui possidet, pro hærede vel pro possessore, non solum veniunt res quæ fuere defuncti, sed etiam commodatæ, & depositæ & quascunq; defunctus possedit quoquo iusto modo tẽpore mortis, quę nõ tantũ personales fuerant vt vsufructus.

Item in fa. hercis. & communi diuid. res ipsæ veniunt, non ad hoc vt restituantur, sicut in sup. dictis, sed etiam vt diuidantur, veniunt etiam personales præstationes, vnde & in personam vendicantur.

In finium reg. iudicio res veniunt non ad hoc

hoc vt restituãtur vel diuidantur, sed vt earum mẽ sura exigatur. Ius in re consequitur quis actione in rem de vsufructu, vsu & habitatione.

Item de seruitutibus vrbanorum & rusticorũ prædiorꝫ, quæ dantur tam ex parte petentis quam possidentes. cum nullo alio Iuris articulo possidenti actio sit prodita, possessionem consequitur quis & Seruiana.

Per actionẽ vero ad exhibẽdum, neqꝫ rem qs consequitur, neque ius in re, sed tantum vt ostenda tur, vt postea vel vendicare vel alio modo petere possimus. Qua quidem actione ꝓtest agere is, cuius interest, vt exhibeatur, ex aliqua probabili caussa

Item sciendũ est, quod quædã sunt rei persecutoriæ tantum, quædam pœnæ tantum, quædam tam pœnæ quam rei, quæ mixtæ vocantur.

Rei persecutoriæ sunt omnes actiones in rem Item in personã omnes, quæ ex contractu vel quasi contractu nascuntur. Per actionem depositi quę competit nomine eius, quod tumultus, incendij, ruinæ, naufragij caussa, depositũ est cõtra inficiãtem.

Ex maleficio vero quædam pœnæ tantum sunt persecutoriæ, quædam rei tantum, quædam mixtæ.

Pœnam tantum consequitur quis actione furti, iniuriarum, quod metus caussa intra annum. Item de eo qđ suspensum positumue est, quod vulgo iter facientibus nocere possit.

Pœnam vero & rem consequitur quis actione vi bonorum raptorum, damni, iniuriæ, & alijs multis modis. Rem tantum consequimur, vt actione furtiua.

Iudicis

¶Iudicis officium ex Actione

Officium vero Iudicis, est, quod venit in vna quaq; actione ex æquitate. Item compensationes admittere, pręterq; in actionibus in rem, cū de ipa re controuersia est. Item in bonæ fidei iudicijs, si pecunia est, ex mora in vsuras condemnare, nonnunquam ipsum petentem ad æstimationem rei quæ petitur cum iureiurando admittere. Et generaliter quicquid alterum alteri debere ex bono & æquo inuenerit, in id debet eum condemnare.

¶De actionibus

Item sciendum est de actionibus, quod non solum conuenimur quandoq; ex nostro contractu, vel eius cui successimus, sed ex alieno, & ex contractu eorum quos in potestate nostra habemus, id est, filiorum vel seruorum. Sed ita demum quis ob eorum contractum contra nos agere poterit, si aut iussu nostro cōtractum est, aut in rem nostram versum est, aut si eos tabernæ vel negotiationi pręposuimus, aut si eos nauis magistros fecerimus. Aut si scierimus seruum nostrum in peculiari merce negotiari. Actione quidē iussu agitur, cum iussu nostro aliquod negotium cum his quos in potestate habemus, gestum est. Et hac actione Actor solidum consequitur.

De in rem versa actione agitur, cum quod gestum est cum prædictis personis in rem nostrā versum est: veluti si seruo meo Petrutius mutuo dederit, & seruus oīe id vel partem in meā vtilitatem verterit. Et hoc iudicio id solum quod in rem meā probauit, actor consequitur.

Institoria agit, qui cum seruo eo vel filio contraxit, quē tabernæ vel negotiationi alicui prępo-

 sueramus

fueramus, eius rei gratia cui præpositus fuerat tenebimur.

Exercitatoria competit contra exercitorem, qui magistrum naui præposuit.

Tributoria agit omnis, qui cum his quos in potestate habemus cõtraxit, modo nos eos in peculiari merce negotiari scierimus, alioqui de peculio duntaxat tenebimur.

Peculium autem est patrimonium personę in potestate constitutæ. Quodsi quis autem contra decretum amplissimi ordinis mutuam pecuniam filiofamilias dederit, creditor quidem ad petendam nullam actionem habebit. Hæc autem de peculio actione tantum consequitur, quantum in peculio est, deducto eo qđ patri dominoue debetur. Quod si nihil sit in peculio, hac actione nihil consequtur. In illa autem actione quæ tributoria vocatur, ex contractu filij vel serui datur, vbi scientibus nobis in merce peculiari negotiatur, nõ deducitur id qđ patri dominoue debetur. Sed in tributum ij vocantur: æqualem cum reliquis creditoribus conditionem hi qui eos in potestate habent, obtinent. Ex maleficio autem filiorumfamilias in parentes nulla datur actio, sed ipsi suo nomine conueniuntur. Ex seruorum vero dantur actiões in dominos, quæ noxales appellantur. Est autem noxa nihil aliud, q̃ corpus ipsum quod nocuit. Noxa vero ip̃m maleficiũ vocatur, etiã quãdoq; ipsum maleficiũ noxa. Hoc autem iudicio ita dñs damnatur, vt vel ipsum maleficium, veluti furtum, rapinam, damnum iniuria datum emẽdet, ac si liber homo fecisset, vel ipsum seruum noxæ dedat. Idem intelligẽdum, si quod animal, vt asinus, equus, mulus, canis pau

nis pauperiē faciat. Est autem pauperies damnum sine iniuria facientis datū. Hæc aūt locum habet, si contra naturam aliquo feruore vel feritate damnum datū sit. Nec. n. potest aīal iniuriā fecisse dicī qđ sensu caret. Hæc aūt toties tenenda sunt, quoties nec seruus dñi iussu vel voluntate damnū dederit, nec aliquod animal alicuius instigātu pauperiē fecerit: alioqui eū directe, dñs suo nomine tenebitur. Et is cuius instigatu damnum factum est, insolidum emendare cogetur.

Hæc de actiōibus obiter hoc in loco dixisse sufficiat. Verum cum & interdictū adeo cum actione prætoriana conueniat, vt altero alterius sępe loco vtamur, & ipse Spec. noster in 2. li. par. 10. ti. de nominib. act. Interdicta ipsa actionibus subuertat atqꝫ loco illorꝫ cuiuslibet subrogatam esse actionem in factū dicat: de ipsis & hoc loco aliqua obiter, & quantum hic satis erit tractabimus.

¶ De interdictis

Sunt autem interdicta formæ atqꝫ conceptiones verborum, quibus prætor aut iubet aut prohibet aliquid fieri. Interdictorum alia exhibitoria alia prohibitoria, alia restitutoria sunt.

Exhibitoria sunt quæ competunt de libero homine vel liberis exhibendis. Prohibitoria sunt vt interdictum per quod prætor vim fieri prohibet, sine vitio possidentis. Item ne quid fiat in loco sacro vel religioso, quo ius loci lædatur. Item nequid fiat in flumine publico vel eius ripa.

Restitutoria sunt, vt interdictum: qđ cōpetit ei, qui vi de possessione deiectus est, quam nec vi nec clam, nec precario ab aduersario possidebat.

Item interdictorum alia sunt comparata caussa adipiscendæ possessionis, alia retinendæ, alia recuperandæ. Caussa adipiscendæ possessionis interdicta sunt cõparata, quorum bono, quod competit eis qui iure prætorio hæredes existunt Ad petendã hæreditatem. Item quorum legatorum, qđ competit legatarijs ad legatoriorum possessiõem adipiscendam. Item Carboniatum interdictum, caussa adipiscendæ possessionis introductũ est, qđ competit puero ad res hæreditarias possidendas, quouisq; decernatur an filius defuncti sit. Quod toties locum habet, quoties de partu dubitatur.

Retinendæ possessionis caussa cõparata sunt interdicta, vti possidetis, & vtrobiq; dantur ei qui se possidere contendit, per quod inquiritur qs maiore parte huius anni, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possederit. Hodie tamen illevincit qui tempore litis contestatæ detinet.

Recuperandę possessionis caussa comparatũ est interdictum vnde vi, quod competit ei qui depossessione vi expulsus est atq; eiectus intra annũ vtilem. Vtilis autem annus est, intra quem copia agendi est. Interdictum autem vnde vi, proponitur, per quod is qui deiecit, cogitur ei restituere possessum. Licet is ab eo qui vi deiecit, vi, vel clam vel precario possideat. Et aduertẽdum, quod tam interdicta, quam omnes actiones prætoriæ, si in rem sunt perpetuæ sunt. Si in personam, anno terminantur.

Dictæ vero actiones vel interdicta, tum demum locum habent, si non vel ipso iure sublatæ sunt vel præscriptione remoueantur, vel exceptione elidantur.

Et hæc

Et hæc de Actionibus & earundem nominibus, & de interdictis in genere dicta volumus. Latius, n. exactiusque eas hic expendere & explicare loci non est huius.

¶An Actio sit specialiter proponenda.

Veterem dicit esse quæstionem Speculator, an actio sit speciali nomine intendenda. Pro cuius explanatione, duplicem recitat opinionem. Vnam Legistarum: Alteram Canonistarum.

¶Legistarum opinio de proponenda actione.

Legulei de actione intentanda atq; proponẽda, quadrifariam sentiunt. Primi dicunt quamlibet actionem proprio nomine intentandam, & libello inserendam. arg. ff. de Iudic. leg. in princ. C. eo. i. edita, quia nemo sine actione experitur. leg. Si pupillo. parag. fin. ff. negot. gestorum. Et facit fortius pro eis duodec. c. de formul. & impetra & leg. 1. ff. si. mẽ. fal. mo. dix. quæ clare dicunt, quod ineptam actionem proponens debeat succumbere. Sic extra de iudic. c. examinata, & huius opinionis sunt Io. And. & Azo.

Secundi dicunt vt sunt Iac. Brutri. Lan. et Goff. quod si ex vno facto vna tantum resultet actio, vt in venditione, commodato, deposito & similibus, sufficiat causam siue factum simpliciter proponi. Si vero plures oriantur ex eodem facto actiones, vt si quis in fundo meo arbores incidat ex quo facto oritur interdictum, quod vi, aut clam. & etiam actio leg. Aquil. & Arbi. fur, Cel.

vt ff. de arb. fur. cæs. l. Si colonus & in l. pe. ff. Quod vi aut clam. vel si in societate furtum committatur. Quo casu & pro socio, & furti actiones oriuntur l. rei communis nomine ff. pro socio. His quidem casibus, & similibus exprimere debet, qua malit experiri, vt reus certificetur, quid ab eo petatur.

Tertij vt Odof. Azo. Rof. dicunt graues quidem intentandas fore, leues vero non.

Quarti quod nec secundum ll. necesse est in libello edere actionem C. de edict. Diui Hadriani toll. l. 3. ibi. is qui scriptus est hæres, & iudici testamentum contenderit non vitiatum quod in possessionem mittatur, vbi clare habetur, sufficere & legitimum modum & causam proponere & non expresse actionem proponendam. Nam sufficit causam proponi, ex qua actio resultat, vt peto rem quam emi, vel decem quæ mutuaui. Insti. de acti. para. 1. in fi. & ex. de iudi. c. dilecti. Sed secundum istam opinionem nunquam actio incompetens poterit proponi. Imo quilibet & illiteratus libellum componere recte sciret.

¶ Opinio Canonistarum

Approbatior opinio Canonistarum, quod nemo cogatur in foro ecclesiastico, nec in libello, nec in processu exprimere actionem vt in alleg. c. dilecti. Sed si sponte velit admittendus sit, vt in c. examinata ex. de iudic. Et tunc si ineptam proponit, succumbet, & poterit aptam proponere, vt ibi, & de resti. spo. c. cum ad sedem in fi. Et receptus

ptus vsus hanc opinionem approbat. Sufficit em̃ factū simpliciter proponere. Qñquidē de sola veritate curandum, nō de apicibus iuris ciuilis disputandum, vt in prædict. c. dilecti. & c. in ex. de dol. & contu. Huic opinioni assentit Panormitanus, in d c. examinata: qui colligit quod vsus actionis nō est sublatus de iure canonico: quod ex eo colligit in prī. & fi. d c. examinata: vbi dicitur, quod isti milites non teneantur respondere, nisi proposuerit iste nobilis actionem aptam & congruentem. Et sic volens agere, etiam de Iure Canonico debet proponere actionem aptam & congruentem. Nō tamen intellige, quod debeat & cogatur (nisi velit) exprimere nomen actionis. Quia ad hoc non tenetur hodie aliquo iure. Quod probat Panor. in d. c. cum dilecti. Igitur in canonibus vbi habes actio, expone. 1. petitio.

Et sic actio nō est de necessitate in libello proponenda nō explicite, sed implicite, qa genus cause genus actionis significat.

Si tamen ex eodem actu plures speciales oriuntur actiones, altera eligenda est, vt supra dixerunt legistæ secundæ opinionis. Et qui non vult eligere, repelli debet per iudicem arg. C. de colla. l. filiæ, vel cogendus est iudicis officio eligere l. vnica. ff. Si quis ius dicere, non obt. Vide hic latius speculat. li. 2. part. 1. t. de actione para. sequitur videre vers. quod si nolit eligere.

¶ Libelli definitio.

Libellus vt hic accipitur, est breuis scriptura, intentionem actoris continens contra aduersarium necessario inferens & concludens. 1. actoris petitionem & causam continens, & actionem complectens.

¶Quare libellus offeratur.

Propter Actorē, vt eius ius declaretur: Secūdo propter Reū, vt deliberare possit, an cedere vel cō tendere velit. Tertio propter Iudicem, vt sciat qua liter debeat formare sententiam, quæ secundū petitionis formam est ferenda ext. de sym. c. licet He lij. Idem not. in c. i. de libel. obl.

¶Libellus quid continere debeat.

Libellus continere debet, nomen actoris, Rei, Iudicis, & causſam implicantem factum, & inferentem conclusiuam petitionem. Vnde dicit Iohann. de. lig. quod libellus est syllogismus iuristarum. In primis enim tanquam pro maiore continet, quis petat, a quo, et coram quo. i. nomen actoris, Rei, & Iudicis. Subinde tanquam minorem cō tinet causſam implicantem factum. i. actionem siue petitionem, hoc est quo iure petatur. Vltimo loco conclusione infertur conclusiua peritio, qua actor concludit petendo merito ex præmissis & propositis Reum sibi fore condemnandum & in principali & in expensis. Et debet ista quinq; continere clare, breuiter & sine obscuritate, vt latius infra suo loco.

Vt hæc huius scientiæ tyruncula clariora fiāt subiungam exemplum & formam libelli actiōis realis. i. in qua res aliqua petitur.

¶Forma libelli in Actione Reali.

Coram vobis venerabili viro Officiali, N. & cæt. vel Archidiacono, vel locum tenenti proponit procuratorio nomine viri discreti. N. vel receptoris ducatus. N. laici. N. diocœs. laicus, vel cleric.

cleric. si est clericus, conquerendo in iure, aduersus N. clericum, si est clericus, vel laicum si est laicus, vel scholasticum, vel quemcunque alium legitime in iudicio pro eo interuenientem. Et dicit, quod licet domus talis, & nominando vel specificando domum, a platea, loco, vicinis, ad memoratum, receptorem. N. pertineat: tamen prædictus Reus, N. eandem domum tres vel quatuor annos iam detinuit, & occupauit, prout retinet & occupat fructusque siue pensionem quæ ex ea per tempus huiusmodi prouenerunt, percepit, & sibi retinuit ac prouenientes percipit ac retinet: & huiusmodi domum deoccupare & prædicto. N. receptori eam liberam & vacuam dimittere & restituere cum fructibus & pensionibus vt præmittitur in perceptis contra deum in periculum animæ suæ & prædicti. N. receptoris præiudicium & detrimentum, recusauit & renuit, prout recusat & renuit.

Quare agit & petit procurator supra memoratus præfato nomine quatenus cognito quantum sufficit de præmissis, denuntietis, decernatis, & declaretis supradictam domum, ad antedictum, N. receptorem pertinuisse ac pertinere, prædictum. N. indebite & illicite occupasse & occupare. Et ipsam domum eidem. N. receptori, adiudicandam fore, ac adiudicetis, prædictumque N. vt domum huiusmodi. N. receptori liberam & vacuam dimittat, restituat & assignet, ac fructus & pensiones, vt præfertur, perceptos vel eorum valorem, quem ad viginti aureos pro singulis annis æstimat, vestra tamen ac aliorum quorum interest, æstimatione salua, tradat seu persoluat condemnandum et compellendum esse, & con

demnetis et compellatis per vestram diffinitiuam sententiam, censuram ecclesiasticam, & alia remedia opportuna. Hæc petit coniunctim & diuisim vna cum expensis litis, ac fructibus inde perceptis, & quæ percipi possunt, & tempore litis percipiendis. Ad probationem necessariam & non vltra se astringēs, saluo nihilominus iure addendi minuendi, corrigendi: & pro est, vt est moris.

Vides ergo, quod in libello ea quinque, licet & multa alia debeat continere, tibi restant necessario de recepta consuetudine facienda. Et sicut exemplum tibi dedi hic in actione reali rei vendicationis: sic in omni actione fere forma bis libellum excepto eo, quod hodie actionis nomen non exprimitur nominatim, sed sufficit causam allegare, q̄ in iure Canoni. dicitur petitio. De quo vide latius Speculatorem loco sup. allegato.

¶ Actionis cessio.

RECEPTVM est in iudicijs actionum cessiones posse fieri. Quare ex ordine de huiusmodi cessione paucula quid iuris sit, disseremus.

Verum quomodo in cessionibus fiant instrumenta, et quæ formæ eorum, Vide spec. li. 2. par. 1. ti. de cessione acti. parag. consequenter vtile est.

Est autem actionis cessio proprij iuris in alterum facta translatio seu collatio: & fieri potest cū hac distinctione

CESSIO aliquando fit in vltima voluntate. Et tunc aut illa est in Iudicio deducta, aut non in Iudicio deducta. Aliquando inter

viuos

viuos ex pacto. Et subdistingue, quia aut fit potentiori ratione officij publici & terribilis, aut nõ ratione terribilis, aut non fit potentiori. Et aut est actio dubitata. i. in iudicium deducta, aut indubitata. Eaq; aut vera est aut simulata aut dubia.

Huius tabulæ singula membra, secundum ordinem hic depictum declarabimus.

¶Cessio vltimæ voluntatis.

Cessio in vltima volũtate facta, si fuerit in iudicium deducta, actionis ipsius exercitium siue prosequutio caussæ pertinet ad hæredem. Et si aliquid obtineat, præstabit illud legatario. Si nihil obtineat, nihil dabit, quia litis euentus intelligitur legatorio relictus. Tamen legatarius poterit interesse liti, ne hæres colludat.

Cessio actionis facta. nõdum in iudicium deducta, valet simpliciter. l. non debitoris ff. de leg.

¶Cessio inter viuos potentiori facta.

Cessio inter viuos facta potentiori ratione officij terribilis, non valet, imo iactura caussæ afficitur is, qui potentiori cedit, quia perdit ius suum ipso iure vel per sententiam vt plerique volũt. Et poentior se immiscens punitur extraordinarie officio iudicis. ex. de alie. iudi. inut. cau. fac. c. 2. & C. ne lice. poten. l. 2. & fi. Et intellige de eo. qui potentior ratione publici officij cui præest, vt quia est dominus, vel illius contra quem ceditur magistratus, officialis, præses, vel Balinus (vt vocant) cuius officij occasione aduersario illi contra quẽ ceditur terribilis esse põt, vt C. q̃d metus caussa. l. fi.

C. Si

C. Si quacunq; prædi. ptāte, l. vnica, & C. Si rector pro. l. vnica, C. de his quæ poten. no. l. vnica. Item & tutor potentior est pupillo rōne officij: & ideo ei contra pupillum cedi non potest, C. qui tuto. da. poss. Authen. Minoris.

Verum si potentiori cessio facta sit, qui nō est potentior ratione officij, bene valebit. Vide hic latius Speculatorem, l. 2. par. 1. ti. De cessione Actionis.

¶ Cessio inter viuos non potentiori facta.

Cessio quæ fit non potentiori & actio est indubitata. i. in iudiciū deducta, vt ff. quibus ad liber. procla. non licet l. 2. tenet in quinq; casibus sequentibus. In alijs vero non tenet.

¶ Quinq; casus quibus cessio non potētiori facta de actione dubitata. i. in iudicium deducta, valet.

Primus, Si fiat causa dotis vel donatiōis ante nuptias. Secundus, si causa nuptiarum. Tertius, si causa transactionis. Quartus, si causa diuisionis, quæ fit inter hæredes de rebus hæreditarijs. Quintus, si fiat causa legati vel fidei cōmissi cum nondum super re legata vel fidei commissa quæstio mota testatore viuente, sed post mortem eius mota est contra hæredem.

Si quis vero in alijs quam his quinque casibus cedat, punitur tam cedens quam is cui cessio fit: cum distinctione tamen, vt si sciens aliquis emit actionem, vel rem litigiosam, cogitur eam restituere venditori. Sed etiam alia tanta quātitas abeo fisci iuribus inferatur, & lis suo Marte currat inter venditorem & eum cum quo prius quæstio mota erat.

ta erat. Si tamen ignorãs rem litigiosam emit, tũc irrita alienatione facta, precium cum alia tertia parte recuperabit a venditore. Si vero ex donationis causa aliquis rem litigiosam receperit, æstimatur res, vt in ipsius æstimatione rem in aliũ transferens puniatur. C. de. litig. l. fi.

Vera tenet, nisi fiat potentiori, vt sup. vel nisi causa auaræ venalitatis, vt ex. de alie. iud. mu. caus. fact. c. 2.

Vera autem est, si actio magnæ summæ cedatur pro magna summa. Item si cohæres cedit actionem cohæredi suo, vel si hæres cedit legatario, cui res vel actio est legata. Itẽ si debitor cedat suo creditori pro debito, etiam si cedat actionem competentem, ad maiorem quantitatem quã debeat. Item si dum possideo rem aliquam, aliquis pro re illa incipiat me cõuenire, & emo ab aliquo ius, siue actionem, qua mediante possum rem illã defendere, valet cessio, nec præsumitur simulata. Hæc omnia probari possunt C. mandati l. per diuers. Et tali cessione intelliguntur leges C. de hære. & acti. vendi. l. 1. & per totum. Et præcipue in tribus legibus vltimis, & C. de nouatio. l. 3.

¶Quatuor casibus principalibus cessio vera apparet.

Primus, si cedens sit pauper, nec habet vnde causam prosequatur. Certe hoc casu potius necessitate quam ficte cessio præsumitur eẽ facta, arg. l. allegationes ff. fami. hercis. l. ob æs. C. de prædi. mino. l. Si procuratorem, para. 1. ff. mandati.

Secundus, Si palam vel publice facta ẽ cessio vel venditio, vel forte cedens habet alio ire, vel alia facere, ita vt intendere litis persecutioni non possit, quibus casibus non præsumi debet simulata

lata, arg. l. nō existimo, ff. de admi. tuto. l. ab Anasthasio, C. mandati, & ex. de eccles. benefi. siue di. conf. c. vnico. arg. l. 1. ff. de of. eius, cui mand. est iurisd.

Tertius, Si reus potens est, & actor nequit ab illo suam consequi iustitiam, & ideo cedit suā actionem, non præsumitur simulata, arg. C. de execu. rei. iudi. l. ordo, ff. de iure. doti. l. cū i fundo. para. cū ipsius.

Quartus, Si ius suum vendens, honestꝰ homo & qui bonæ fidei habetur, quique lites execrari solet, & mauult parte carere quam se litibꝰ implicare. Vide latius Speculatorem hęc pulchre disputantem.

¶ Cessio indubitata. i. nondū in iudicium deducta, minus potenti facta, aut est simulata, aut dubia.

Simulata siue imaginaria, quando inter cedētem & eum cui ceditur, id agitur quod totū emolumentum, ad cedentem referatur, quamuis eius, cui ceditur esse fingatur. Et hæc non valet. C. mādati, l. fi. para. Si quis autem, & para. Sed & si qs dona. Si autem dubitatur vtrū sit vera. vel simulata, cognosci potest sex hisce casibus in quibꝰ est indubitanter simulata.

¶ Cessio simulata, sex modis cognoscitur.

Primus, Si actio magnæ quātitatis cessa sit pro modica summa, ff. de transact. l. cum hi. para. modus. Sed tamen in isto casu notantur opiniones, quas vide apud Spe. hic.

Secundus, Si actio quæ ceditur pro parte venditur,

ditur,&pro parte donatur ei cui ceditur.Et hoc ca su secundum Inno.non agit cedens, quia eam per dit,nec is cui ceditur,quia non tenet cessio.

Tertius,Si facta sit cessio,& aliquid clã pro cessione datum est.Et isti casus colliguntur.C.mã dati,l.fi.In his casibus non potest aliquid amplius peti,quam datũ sit, nec a cedente nec ab eo cui fit cessio,vt ea l.dicitur.

Quartus,Si clericus a laico contra laicum: secus secundum quosdam,si fiat contra clericũ. Sed hic vide latius Speculatorem.

Quintus, Si ille qui recipit,est homo litigiosus.

Sextus, quando ratio potest assignari, quod facta sit in eum finem,vt reus vexetur. Hos casus Speculator diffusius disputat,ad quem te remitto.

¶Cessio dubia.

Et hæc a multis præsumitur simulata, ex eo quod actio partim venditur &pro parte donatur l.fi.C.manda.Et hæc non valet.Si autem non foret simulata præsumptione,valeret cessio. Vide ex. de alie. iud. mu. caus.fact.c.2.in gloss.

De formis instrumentorum super huiusmodi cessionibus actionum,vide vt dixi Speculatorem loco sup.allegato.

¶Competentis iudicis aditio.

Ex ordine præmisso videndum occurrit,de cõpetenti iudice adeundo. Verum ne ex ignotis procedamus,paucula de iudicibus ipsis,& eorum diuersitate præmittenda duximus.

¶Prima

¶Prima iudicum diuisio.

Iudicum alius est ordinarius, alius arbiter, alius extraordinarius, alius delegatus, alius arbiter iuris, alius arbiter simpliciter.

Ordinarius est secundum Speculatorem, qui iure suo vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest, l. more maiorum, & l. seq. ff. de iurisd. omnium iudi. quod locum habet siue in ecclesiasticis, vt sunt primates, archiepiscopi, episcopi & alij ecclesiastici, qui habent iurisdictionem a Papa, ex. de off. & ord. c. duo. 22. distincti. c. omnes, ex. de elect. c. Significasti. Siue in ciuilibus vt duces, marchiones, comites & huiusmodi, q̃ habent totalem iurisdictionem vnius prouinciæ vel loci ab imperatore.

Vel ordinarius est, qui habet vniuersitatē causarum in suo territorio, l. pupillus, para. territorij, ff. de verbo. sig. 17. q. 6. c. 1. Et hūc ordinarium quatuor faciunt.

¶Ordinarium quatuor faciunt.

Lex animata, vel canō, & hoc in dubio: secus si appareat, velle dare delegatum.

Lex animata, vtpote papa vel imperator, & non inferior nisi episcopus suo vicario.

Consuetudo.

Vniuersitas approbata, vt mercatorum, sartorum, sutorum & aliorum artificum, qui habent de suo corpore. i. collegio, creare & eligere iudicē, ordinarium: sic & vniuersitates artium & facultatum (vt vocant) de quo nota in c. cum ab ecclesiarum ex. de offi. ordi. Et sic rectores vniuersitatum, ordinarij sunt. Plura de ordinarijs, nempe qui eos constituat, quod eorum officium, qui esse possint,

sint, qui ab aliis prohiberi & qui ipsi recusare possint, vi. Spe. qui hæc egregie tractat.

¶Arbiter.

Est, qui de partium consensu eligitur: & in eū sub pœnæ stipulatione compromittitur, 2.q.6.c.a iudicibus. Non enim statur sententiæ eius nisi metu pœnæ. vel pignoris datione, vel alicuius loco pœnæ ff. de arbi. l. non distinguemus, para. 1. C. eo. l. 1. ex. eodem dilecti, vel metu iuramenti, quod potest interuenire secundum canones, ex. eo. c. 2. & p tuas 22.q.1.c. omne quod licet, secus si secundum leges C. eo. Authen. Decernimus. In authen. de iudi. para. quia vero coll. 6. quia non habet iurisdictionem propriam, necq; delegatam, sed solum a partib» l. 1. ff. eo. Et debet hic arbiter sequi iuris rigorē æquitatem scriptam, cum talia arbitria redacta sint ad instar iudiciorum l. 1. ff. de arbitris. Et corā isto proponendæ sunt actiones, vt ex tex. insti. de acti. para. 1. in prin. Et ab isto non potest appellari, cum eius sententiæ non iure sed metu pœnæ stetur. quæ autem sit differentia inter arbitrum compromissarium & arbitratorem, nos hic obiter attingemus. Ipse plura vide apud Bart. in l. Societatis, para. arbitrorū, ff. pro socio. Præterea quæ sit differētia inter istum arbitrum & iudicē ordinarium, vide Ang. insti. de acti. para. 1. vbi 16. differentias & 8. æquiparationes recenset.

¶Extraordinarius.

Est is, qui non suo iure vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest, necq; qui præfectus est alicui vniuersitati, vel collegio, nec a lege vel consuetudine iurisdictionem habet. Sed vel ex partium voluntate, vt arbiter, vel ex

superioris commissione, particularem vel limitatam habet iurisdictionem, & huius duo sunt genera, aut enim est arbiter, de quo sup. aut delegatus.

¶Delegatus.

Est qui ex superioris commissione recipit iurisdictionem, & alicuius causæ iudicialem cognitionem. Et vices delegantis repræsentat, & in iurisdictione nihil proprij habet l. & licet ff. de offi. eius, cui mand. erit iurisd. ex. de officiis dele. c. Sane quia & c. Cum olim.

Quis autem possit eum constituere, quæ eius potestas, & quomodo dispensare, itē quibus causis recusetur, quæ contra eum excipi possunt, & id genº alia, vide latissime apud Speculatorem, li. 1. par. 1.

¶Arbiter iuris.

Est, qui eligitur a partibus in recusatione iudicis ordinarij vel delegati, vtpote si causa aliqua sit commissa alicui iudici, quem aliqua partium suspectum habeat, & dicat, eligendus est arbiter vnus vel plures, qui de hac causa suspitionis cognoscat l. apertissimi, & l. vl. C. de iudicijs. Et debent hi seruare formam iuris: & ab eis'. nempe qui sic a partibus & potestate & necessitate iuris eliguntur, bene poterit appellari, licet a sententia arbitri compromissarij, de quo sup. non appelletur, vt l. 1. C. de arb. & l. dum proferre, para. statim ff. de arbi. Vide latius Iasonem & Bart. in l. fina. C. de iudi. & l. 1. C. de arbi. & ff. de pactis l. Si quis.

¶Arbiter simpliciter electus a partibus.

Coram

Coram quo non proceditur ordine iudiciario, cuius sententiæ si partes non consentiant, reducũt se ad arbitrium boni viri, qui proprie non est arbiter, sed appellatur arbitrator, & est quasi proxinета vel communis amicus vel amicabilis compositor. Nec sumitur super re litigiosa vt cognoscat, sed vt pacificet. De quo in l. Societatis, para. arbitrorum ff. pro socio.

Et talis dicitur quasi negotiorum gestor vel partium mediator. Vide hic latius Speculatorẽ li. 1. par. 1. & Iasonem de acti. insti.

Et non tenetur hic seruare formã iuris in executione iustitiæ, & bonum est talem habere fauorabilem, quia potest sequi æquitatem suæ opinionis, ex qua potest iudicium lædere, sed non enormiter, alioqui recurritur ad arbitrium boni.

Et differunt in hoc arbiter & arbitrator, quia arbitrator nõ tenetur ordinem iuris seruare, sed arbiter tenetur.

¶Secunda iudicum diuisio.

Iudicum alius Ecclesiasticus, alius secularis.

Ecclesiasticus, cui omis anima subiecta est in spiritualibus. Et illi sunt triplices, scilicet Papa, Episcopus, Curatus.

Papa, qui in locũ Christi successit, & eius est vicarius ex. vt eccles. benef. siue di. conf. c. vt nostrũ. Et Clemẽ. Romam de iureiuran. c. pro humani ex. de homici. lib. 6. & 9. q. 3. c. cuncta per mundum.

Episcopi qui in locum apostolorum successerunt, & eorũ vices tenent, 21. dist. c. in nouo. 35. dist. ecclesiæ.

Curati, qui in locum discipulorum sunt constituti, 21. dist. c. in nouo & eorum typum gerunt.

Secularis, cui omnis anima in temporalibus est subiecta, vt est imperator, qui dominus est & princeps totius mundi. 7. q. 1. c. in apibus. Et Matt. 22. capit. cum dicit Chris: Reddite Cæsari quæ sunt cæsaris. c. Soluite ex. de maio. et obe. ff. ad l. Rhod. de iact. l. deprecatio. C. de episc. & cleri. l. generaliter. l. vnica C. de insti. C. confir.

¶ Ordo iudicum.

Superillustres siue maximi, vt imperator, Cõsul, Senator, Patritius, Dictator: & secundum Canones Papa, Legati, Patriarchæ.

¶ Illustres siue magni vt præfectus prætorio, Orientis, Italiæ, Aphricæ, vrbis quæstor, et qui in consilio sunt, & consistorio imperatoris, & secundũ Canones, Primates, Archiepiscopi, ex. de offi. ordi. c. duo.

Spectabiles siue medij, vt magistri militum, Prætor, Præfectus Aegypti, & secundum Canones episcopi.

Clarissimi, vt præsides prouinciarum, Procurator Cæsaris, Iuridicus Alexandriæ, Ciuitatum rectores, & secundum Canones Archidiaconi, Archipresbyteri.

Infimi, qui nec nomen habent vt pedanij ordinarij, tamen sunt vt defensores Ciuitatũ & municipiorum, vt locorum magistratus municipales & secundum canones presbyteri, atq; ecclesiarũ rectores, & minimas iudicant causas, vt C. de pæda. iudi. l. fi. & Authen. de defens. ciuit. para. & iudicare, & para. audient, colla. 2. Vide latius de his ordinibus Spe. lib. 1. par. 1. rubri. De iurisd. omnium

um iudic.

¶Tertia diuisio, quæ & subdiuisio est delegatorum.

Iudicum delegatorum alij sunt subdelegati, alij ordinarij, alij legati, alij auditores, alii assessores, alii arbitri, alii arbitratores.

Quis dicatur delegatus sup. in prima diuisione explicauimus. Nunc nonnihil de eius institutione, & subinde de subdelegatis & reliquis ex ordine in tabula sup.

¶Institutio delegati.

Delegatus instituitur dupliciter. Primo, a principe ex. de offi. & potestate iudi. dele. c. Super quæstionẽ para. 1. & para. eius ergo, & ff. & de of. eius cui man. est l. 1. in fine.

Secundo a quolibet ordinario primario, ex. de off. ord. c. pastoralis, resp. 1. ex. de appell. c. Dilecti filii prior. Nam hoc ẽ regulariter verum, quod quicunque habet ordinariam iurisdictionem, delegare potest & delegatum instituere, v. ff. de iurisd. oĩm iudi. l. solet. l. a iudice, C. de iudiciis. l. in causarum, C. qui pro sua iurisd. iud. dare vel dari pos. Porro quis constitui, & quæ causæ delegari, quod delegati officium seu potestas, & quibus modis finiatur, quomodoque recusetur, vide Speculatorẽ lib. 1. par. 1. ti. de iudi. deleg.

¶Regula.

Delegatus alius quam a principe constitutus, subdelegare non potest, C. de iudi. l. a iudice. c. Sup

quæstionum para. 1. ex. de offi. deleg.

Si autem constituatur delegatꝰ ab alio quam a principe, dicitur pædaneus iudex l. de pæda. iud. l. In authen. Vt defuncti seu fun. eo. para. illud colla. 5.

Et dicuntur pædanei iudices illi, quorum officium est de minimis causis & infimis cognoscere Maiores vero debent maioribus referre, cum ipi per se non possint eas terminare, C. de pæda. iudi. l. 2.

Sunt nanque tria genera causarum: vilia, media, maxima.

Viles, has & cognoscere & alij delegare poterat præses, siue iusta causa impediatur siue non, vt C. de prætor. iudi. l. fi.

Mediæ quæ competunt iure magistratus, vel quæ sunt mixti imperii non meri, & illas poterat indistincte delegare. Sed hodie si impediatur, alias non vt C. de pæda. iudi. l. 2. Vel dicũt alii causas pecuniarias vltra 300. solidos esse medias causas. Sed in causis mixti imperii, idem q̃d in mero.

Maximæ, & has non delegat nisi in causa cum abest, non si alias impediatur: præsens etiam ob necessitates publicas, & tunc ad cognitionem, vt d. l. 2. C. de pæda. iudi. & ff. de offi. eius, cui. man. est iurisd. l. 1. Sic ergo in maximis & minimis causis nihil hodie mutatur, sed in mediis tantum.

¶ Subdelegatus.

Subdelegatꝰ est is, cui causa vel aliq̃d de causæ mediis a delegato secundo loco committit. Nã dicit

dicit Pontifex ex.de off.& po.iud.deleg.c. Super quæstionum, para. intentionis: Intentionis nostræ fuit, vt iudicialis authoritas liberius valeat exerceri, delegatus a nobis licite possit & principium & finem, & medium causſæ sibi commissæ non solum coniunctim, sed etiam diuisim alij delegare, non obstante quod dicitur quod iudex debet cognoscere per se ipsum, in principio, medio, & fine, vt est in Authen. vt defunct. seu fune, para. illud, & para. sequent. colla. 5. & authen. de exhi. & introd. re. para. Si vero, colla. 5 & C. de iudi. Authen. Ad hæc quia istud obtinet secundum leges iam allegatas, vt iudex coram se in principio faciat litem contestari, & per se ferat sententiam, media vero committat consiliarijs suis, sed semel etiam audiat negotium in medio. Sed secundum canones aliter, vt in d.c. Super quæstionum, para. *intentionis*, quia nedum suis consiliarijs, sed *cuicumque vult* Iudex committere potest, vt d.c. Pastoralis, de off. deleg. & nedum me dij examinationem, sed & principium & finem committere potest.

¶Ordinarius substitutus.

Ordinarius substitutus est, qui beneficio principis vniuersaliter iurisdictionē suam exercere potest, l. more maiorum, ff. de iurisd. om. iud.

Vel sic: Ordinarius est, cui vniuersitas causarum est cōmissa. Et sic officiales Episcoporum ordinarij sunt. Prælati tamen efficiuntur ordinarij, per successionem seu electionem prætextu dignitatis.

¶Duo legatorum genera.

Quidam sunt legati improprie, quidam vero legati proprie.

Legati improprie, id est, nuncij sed non iudices Et dicuntur ij, qui ab alio missi sunt, vt 50. dist. c. Præsbyterum xxvi. q 1. c. Satagendum, vt a Papa missi vel ab alio principe, siue ab aliqua ecclesia ad Papam, siue ab aliqua Ciuitate vel vniuersitate ad principem, ad aliquod nudum ministeriū exercendum, de quibus. dist. 1. c. Ius gētium & 97. dist. c. nobilissimus. ff. de legation. l. 1. & 2. & l. Sciēdum para. fi.

Et istos qui impedit, debet hostibus tradi l. fi. ff. de legatio. quia eorum causa sancta res est, & scdm canones, sunt excōmunicādi. 94. dist. c. Si qs Et si sunt legati apostolici, qui impediunt eos sunt ipso facto excommunicati, & eorum terra & loca interdicta, c. Super gentes de off. lega. lib. vi extrauag.

Qui autē possint esse tales lega. Quiti. & qualiter constituendi tractandiq, vide speculatorem.

Legati Proprie & Iudices, quos Papa facit ordinarios in certa prouincia, de quibus loquitur ti. de off. leg. Et horum tria sunt genera.

¶Legati triplices,

Laterales siue a latere, sunt qui a domini Papæ latere mittuntur, vt sunt Cardinales, quos appellat fratres. Illi em̄ summo Pont. in consilijs & in arduis negotijs assistūt, ex. de off. iud. deleg. c. venerabili, ex. de dila. c. expositi in fi. C. de inst. cod. conf. l. vnica quia pars corporis eius conseritur 6. q 1. c. Si quis cum militibus C. ad leg. In. ma. l. quisquis.

Possunt

Possunt tamen secundum Spe. etiam non Cardinales missi a latere domini Papæ dici Legati a latere, vt alquis officialis eius vel capellanus

Quid autem ad legati pertineat officium, quę que sit eius potestas, hæc obiter hic habe: nempe quod possunt absoluere homines in prouincia, & extra, & æquiparantur proconsulibus. Verum an possint beneficia conferre, ac quæ sint legato interdicta solicę sedi apostolicæ reseruata, item quando & vbi valeat legatus suam iurisdictionem exercere, qualiter eius potestas finiatur, & quomodo dispensare possit, vide Speculatorem.

¶ Nati siue locales, qui nec emanant a latere, nec specialiter eis committitur, sed ratione dignitatis, & prætextu ecclesiarum legatione fungunturt, vt Archiepiscopi, Colonien. Eboracens. Cantuarienſis. c. 1. de off. deleg. ex. Et sunt magnæ authoritatis vt c. 1. de offi. leg. ex. li. 6. & appell. c. 1.

¶ Constituti siue datiui, qui a latere non mittuntur, sed simpliciter in legationem mittuntur, vt omẽs missi a Papa, a Curia, vel ab extra. qui non sunt Cardinales, vt prælati.

Et sunt minoris authoritatis vt ex. de offi. leg. c. volentes. Nihil enim possunt extra suam prouinciam, & æquiparantur præsidibus prouinciarum arg. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & ff. de off. præs. l. 3. Et de illis 7. q. 1 c. Placuit.

Aduerte quod legatus per literas de sua legatione fidem facere debet, si exigatur C. de mãd. prin. l, vnica.

Item legato a latere insignibus vtente, Patriarchæ cessant portare crucem ante se, vt ex. de priuileg.

nileg.c.antiqua. Vide tractatum, D. Martini de Carozijs laude.de leg.

¶Auditor.

Auditor est is, cui ab aliquo Iudice aliquid de medijs causſæ committitur, puta. aliquis certus articulus audiendus vel examinandus. Vide.Spe.l.1. par.1.ti.de auditore.

Huius officium est exequi quod mãdatur, ex. de iud.c.cum Bertoldus, ex.de off. deleg.c. Super quæstion.

In Curia autem Romana auditores Papæ dicuntur, qui aliorum vice causſas examinãt vel audiunt. Sed ſine aliorum mandato nihil definire poſſunt, Cle. Aud.ex.d reſcrip.

¶Auditor duplex, cameræ ſcilicet & cauſſarum, qui rotales dicuntur.

Cameræ ſiue ſacri Palatij contradictarum ſiue contradictoriarum est, qui audit impetrantes reſcripta ad lites. Et habet iuriſdictionem ordinariam. De quo vide. Hoſtien. & Goffr. in ſumma, de off.ord.ex.

Cauſsarum quæ rotales dicuntur, & hic habet iuriſdictionem ordinariam vere in cognoſcendo, In definiendo autem delegatam, de quo vide latius Spe.l.1.parte,1.de aud.

¶Aſſeſſor

Aſseſsor est is, quem ille qui iudicandi poteſtatem habet ſibi aſsociat, vt ſibi in cauſsæ cognitiõe aſsideat vel aſsiſtat, ſeq; ad recte iudicandum, & cauſsam decidendam recte inſtruat, vt ff. de aſseſſo.per to,tit, & Co.de aſs.l.1.

Poteſt

Potest etiam secundum multitudinem locoꝝ elegi a partibus. Et tutius dicit esse Spe. quod eligatur a partibus, 14. q. 5. c. Non sane: ne sc3 aliqua partium postea eum valeat recusare, & ne sub suspecto Iudice litigare compellantur.

Si tamen partes non elegerint vel non concordauerint in electione, tunc Iudex eligat pro vt viderit expedire, arg. ex. de appell. c. cum speciale. Et debet esse integr. status & famæ, ff. de off. assess. fo. 12. C. de dignit. l. Neqꝫ lib. xi. Vide tu fusius hic Speculatorem

Huius officium constat in examinatione causarum, in postulationibus, vt vc3 admittat aduocatum, qui de iure postulare potest, infamem atqꝫ indignum repellat. Item in interrogationibus, in libellis cõuẽtionalibus recipiendis, si bene concepti sunt: si inepti, dilaniãdis atqꝫ lacerãdis, l. 1. ff. de off. assesso. ex. de except. c. exceptis, ff. de off. procõs. l. Neqꝫ gcꝫ, para. obseruare, ff. de postul. l. quos prohiber, ex. d. libell. oblat. c. 1. 2. & 3. Quæ autem contra hunc excipiantur, infra dicemus.

Viso diffinitiue & diuisiue de diuersis indicibus, non impertinens erit, si nunc quomodo & qui prohibeantur vel recusentur, & quæ contra eos excipi possunt, quantum hic satis erit, videamus. Et primo de ordinario.

¶Ordinarius Iudex quis recuse tur seu prohibeatur.

1. Quod sit suspectus, vt 3. q 5. c. quia suspecti, ex. de except. c. cum inter, C. de iud. l. apertissimi.

2. Quod est nimis familiaris alteri partium vel conuictor eius, extrauagan. de off. delegato.

Insi-

c.Insinuante.3 q 5 c.1. & c.accusatores, vbi vide qui sint familiares.

3 Quod est nimis fauorabilis alteri parti,extr.vt lit.non contestata,c.accedens.Et vide gloss.

4 Quod est comes aduersarij vel aduersarius est de familia eius,vel libertinus,vel consilius,vt. ff. de off.præsi,l.Senatusconsulto.C.Si quacunq; p̄d. potestate l.vnica ex.de off.del,c.cum R.&de fo. compe.c.cum contingat.

5 Quod est inimicus.3 q 5 c. quod suspecti, C.de iud.l.Apertissimi.Vide Spe.

6 Quod est inimicus domini mei. Nam propter dominum recusat aliquem tota familia,et contra omnes de familia recusantur propter eum.C si q̄-cunq; præde.potesta.l.vnica.

7 Quod est familiaris inimici mei,vt in d.l.&ex. de accusa.c.repellantur.

8 Quod est cōcanonicus vel socius spū̄alis aduersarij,ext.de off.de leg.c.cum R.ff.pro socio resp. 1.Vide Spe.

9 Quod habet consimilem caussam.ex.de iud.c. caussam quæ.2 &de test.c.personas.

10 Quod est suffraganeus aduersarij,extr. vt lit. non contestata c.accedens,&de purg.canon.c.cū in iuuentute.

11 Quod cum altera partium litem habeat extr. de off.de leg.c.cum super abbatia.

12 Quod sit consanguineus,affinis,vitricus,priui gnus ff. de mino, l. lex Cornelia,extr.de appell,c. Postremo.

13 Quod fuerit Aduocatus,procurator, vel Assessor in eadem causs.vt d.c.postremo ff.de iurisdict.om.Iud.l.Prætor C.de postul.l. q̄squis in pri. & C.de assess.l.Nemo.

14 Quod

14 Quod fuerit testis in eadem caussa, ff. de. testi. l. fi. C d. assess. l. fi,

15 Quod sit Iudex in caussa sua vel suorum C. vt ne. in causs. su. iud. di. l. vnica ext. de vit. & honest. cle. c. cum ab omni.

16 Quod ab eo rite fuerit appellatū in illa vel alia caussa, ex. de appel. c. ad hoc. i. &c. directe, et c. acceptā & c. Romana li. 6 C. quō & qñ Iudex l. Si vt proponas ex. de offi. delegatorum c. Suspitiōis.

17 Quod pretium receperit vel hæres institutus sit ab aduersario ff. de iud. l. Iulianus ait, & ex. de vit. & honest. cle. c. cum ab omni.

18 Quod timet alteram partium ex. de iudi. c. cū æterni lib. 6 11 q 3 c. quatuor, quæ vide.

19 Quod quondam fuerit inimicus, licet nunc re conciliatus, ext. de appel. c. proposuit & c. accusat 3 q 6.

20 Quod sit de minoribus Iudicibus, quare de tali summa cognoscere non potest. 2 q 6 c. ei qui, parag. item cum certa.

21 Quod agatur de priuilegijs Pontificis, in quibus solus papa & non inferior cognos. ex. de iudi. c. cum venisset.

22 Quod caussa incipiat ad eū pertinere ff. de iud. l. Iulianus ait, Vide latius Spe.

¶ Quæ contra ordinarium excipi possunt.

1 Quod sit suspectus, vt sup.

2 Quod excommunicatus ex. de re. iud. c. ad probandum. De excep. c. Dilecti filij. vide Spe.

3 Quod Seruus l. Barbarius ff. de off. præto. C. de iud. l. Seruus ex. de rescrip. c. Sciscitatus.

4 Quod periurus, aut alias infamis, C. de infamis, l.

mis,l.vnica lib.X.C.de transacti,l.Si quis ext.de rescrip.c.Scisitatus.Vide latius Spec.

5 Quod minor XX. annis sit. Nisi maior X & octo an.datus fuerit de consensu partium, vel etiam minor X & octo datus a Principe, ex.de off. deleg.c.cum Vicesimum, ff.de re iud. l. quædam hoc in delegato. Ordinarius vero non potest esse nisi XXV annum attigerit, ex.de electi c.cum in cunctis parag.inferiora.Vide Spe.

6 Quod sit condemnatus,leg.Iuli,rep.1.q.1.c.eadem leg.

7 Quod causam remiserit ad superiorem, vnde non potest se amplius intromittere. Vide Spe.

8 Quod non sit iudex competens, vt C.Si non a compe.iud.l.f.ext.de Iud.c.atsi.

9 Quod sit mutus, surdus, impuber, perpetuo furiosus, vel a dignitate propter turpitudinem remotus,ff.de Iud.l.cum prætor parag.cum autem, & l.Cassius ff.de.senato:ext.de elect.c.Super eo.Vide Specu.

10 Quod mulier quare neq; Iudex, neq; Arbiter esse potest l.2.ff.de reg.iuris,C.de Arbitris,l.fi.ex. de arbitris,c.dilecti.Vide Spec.

11 Quod commiserit alteri totaliter vires suas,q̃ re non possit amplius cognoscere, ex quo alter cognoscere cœperit.Vide Spec.

12 Quod sit Iudæus vel hæreticus, vel nondū Baptizatus vel schismaticus,vel alias infidelis,1.q 6 c.catholicus,C.de hæred.l.pe.

13 Quod illiteratus vel imperitus de pœ.& rem. c.oēs.In auth.de iud.pasa.i.col.6.Vide latius Speculatorem soluentem argumēta,C.de Iud.l. certi.

14 Quod ipse Spoliauit.Ex. de rest.spo.c.cōque-

15 Quod est odio,fauore,gr̃a p̃ce,precio, (rente metu,

metu, promissiõe, vel iussu alicuius potẽtis depra uatus ex. de reg. iud. c. cũ æterni, li. 6 11 q 3 c. q̃tuor.

16 Quod non habeat deum præ oculis, nec procedat secundum consuetum vsum causarum, vel q̃ apud eum sit acceptio personarum, neq; via regia procedat ex. de accusa. c. qualiter, De iudi, c. decernimus, Vide Spe.

17 Quod nimis suæ prudentiæ innitatur, ex. de cõstitu. c. 1, & c. ne innitaris.

18 Quod citatus non sit de sua iurisdictione, l. fi. ff. de iurisdict. oĩm iud.

19 Quod puniat statim in exordio litis, sitq; nimis seuerus & austere procedat ext. de reg. iu. c. cũ in contemplatione.

20 Quod intromittat se caussæ pẽdenti corã delegato, ex. de purg. cano. c. cum dilect. in fi.

21 Quod partes non ausæ sunt ad eũ ire, sine mortis periculo, licet habeãr literas de saluo conducto (vt vocant) ex. de appel. c. ex parte. Ex. vt lite nõ contest. c. accedens.

22 Quod aduocatus alterius partis est eius conuictor, ex. de app. c. ex insinuatiõe & de off. iudi. c. i.

23 Quod Reus sit pupillus, vel vidua, vel debilis, vel diuturno morbo fatigatus, vel Scholaris, vel legatus, vel gratia testimõñ vocatus, vel caussa iudicandi, vel appellationis, vel tutelæ.

Quare nõ tenetur corã tali vel tali rñdere, vel corã tali vel tali litigare. In his eñ casibus potest alius eligi, & forũ reuocari, ex. de foro. comp. c. ex tenore, de off. delegat. c. Significantibus, C. quãdo Imp. inter pup. & vide. leg. vnica, C. Ne filius pro pat. Authen. Habita, ff. de Iud. l. 2.

24 Quod non habeat iurisdictionẽ, quare nõ poterãt partes talem Iudicem facere, C. de iurisd. om. iud.

iud.l.priuatorum ex.de foro compe.c.Significasti, & ti.eo c.i.lib.6.

25 Quod sit laicus, qui non pōt esse iudex in causa clericali, in Authen.vt cle.apud prop.episc.col. 6. Vide hic latius Speculatorem.

26 Quod non sit Iudex sed cōseruator, qui potest solum defendere a manifestis iniurijs, non potest manum extendere ad ea quæ iudicialem requirunt indaginem, vt ext.de off.dele.c. qm̄ Abbas, & c.cum super. Vide Spec.

27 Quod sit Iudex Pædanius, qui non potest cognoscere de caussa liberali. C.de pæda.Iudi.l.2 C. de iudicijs l.quoties.

Quod sit appellatum ab eo, quare non potest se amplius intromittere. C.de appel.l.eos, ext.de appel.c.vt Debitus.

Et nota quemcunq; posse iudicem esse, præter quam qui prohibetur, arg.ff.de Iudicijs, l.cum prętor. Qui autem prohibeantur, sup. superficialiter, & quantum hic satis est, vidimus,

Præterea regulare est, q̄dcunq; opponitur cōtra testem, & contra Iudicem opponi potest. Minor enim caussa repellit Iudicem quam testem, qa facilius inueniuntur centum Iudices, quam vnus testis. Quod tamen non simpliciter Speculator approbat.

Iudex delegatus quomodo recusetur.

Delegatus autem ijsdem modis generaliter, quibus & ordinarius recusari potest, vt sup. Quo modo tamen specialiter recusetur, sic habe.

1 Quod sit dominus impetrantis ex.de off.deleg. c.caussam quæ de fo.compe.c.extransmissa.

2 Quod

2 Quod seipsum impetrarit vel impetrari curauit ff. de procu. l. quę omia, C. ne quis in sua cauſſ. iud. di. l. vnica. Vide Speculat.

3 Quod ad petitionem aduersæ partis datus sit. ff. de Iudic. leg. obseruandum. Ext. de offic. deleg. c. insinuante.

4 Quod vnius sit Iudex, vt quia impetrauí te cõ tra Titium, & tu me contra Meuium. Hic Meuius recusauit me, eo quod es Iudex in cauſſa mea contra Titium: & Titius te ex eo quod sum Iudex tuus in cauſſa Meuí. Hi enim reciproci Iudices ſuſpecti sunt, C. de Iudi. l. ptoperandum. Vide hic latius Specu.

Quod rescriptum est nimis generale, vel nimis eneruat ordinariam iurisdictionem, ex. de rescrip.c.ad hæc, de fo.cõp.c.ex tenore &c.ex parte Vide Speculatorem

¶Tricesimoprimo

Quod impetrator tacuit sententiam fuisse Jatam, ex.de fide iustr.c.inter, para instrumentũ versiculo. in omnibus ex.de donat, inter virũ & vxorem, c.per vestras. C.de viro aduo.l.fin.C. de sen. rescin.non poss.

¶Tricesimosecundo

Quod tacuit quod ipse alibi foret receptius, ex, de rescrip.c.in nostra, & quod alias literas vendidisset vt eo.ti.c.ad audientiam

¶Tricesimotertio

Quod

Quod impetratæ sunt literæ añ terminum appellationi præfi. um. ¶Vide Specu, li. 2. par. 1. ti. de rescrip. præsen.

¶Quomodo rescriptum impugnetur ratione causſæ

¶Primo

Quod in eo rescripto prioratus alicui monacho confirmetur, vt ex. de confirm, vtil, vel inuti, c. porrecta, & sequenti, quæ vide

¶Secundo

Quod super re litigiosa vel lite pendente hoc tacite est obtentum, ex. de confirm, vtil. vel inutil. c. 1. c. cum dilecta de dol. et contum. c. ex literis. C. vt lite pendente, per to. ex. vt lite penden. c. fi. Vide hæc iura.

¶Tertio

Quod rescriptum est obtentum super re cum causſæ cognitione confirmata, licet non sit litigiosa, quare non valet nisi de confirmatione faciat mentionem ex. de confirm, vti. vel inutil. c. 1. & c. bonæ

¶Quarto

Quod in rescripto minores & viliores personæ. & minora negotia exprimũtur, vnde propter generalem clausulam, quidam alij, non potest ad maiores personas, vel maiora & grauiora negotia, vel ad effrenatam multitudinem trahi, nec etiad pares psonas vel magnas, ex. de rescri. c. Sedes Vide Speculatorem

¶Quinto

Quod est obtentum super rebus ad seculare forum spectantibus, ex. de fo. comp. c. licet. & c, ex tenore c, ex transmiſſ. & c. ex parte reginæ

¶Sexto

¶Sexto

Quod negotio legitime finito est obtẽtum ex. de rest. spo. c, audita

¶Septimo

Quod in eo rescripto decimæ laico confirmãtur, quare non valet 16, q. 3, c. placuit, para. potest. & para. quas actiones, versu sic & prædia

¶Octauo

Quod facit tantum de proprietate mentionẽ, vnde non valet super possessorio vel cõtra, ex. de sequest. poss. c, 1. C. si non a cõ. iud. l. 1. & l. si de proprietate. Vide Speculatorem

¶Nono

Quod ad diuersos iudices super diuersis actionibus personalibus est obtentum, ex. de rescrip; c. fi. & c, dispendia. Vide Speculatorem

¶Decimo

Quod ad quosdam iudices impetratum ẽ super petitorio, & ad quosdam super possessorio. Non enim valent talia rescripta, argu. ex. de rescrip. c. ex. tenore, & ex. de causs. proprieta, & possess. c. 1.

¶Vndecimo

Quod diuidit causæ continentiam ex. de sequest. poss. c. 1, C. de iudi. l. Nulli, quam vide

¶Duodecimo

Quod est contra ius diuinum, ex. de consuetu. c. fina. vel positiuum. Vide Speculatorem

¶Decimotertio

Quod est ad futuras causas obtentum, ex. de rescrip. c. finali

¶Deci-

¶Decimoquarto

Quod impetrator id quod notoriū erat asseruit, & enarrauit occultum vt absolueretur præstita cautione. ex. de appell. c. Consuluit, & præcedenti.

¶Decimoquinto

Quod non est prosecutus appellationem, intra tempora debita, ex. de appell. c. personas & c. cum sit Romana

¶Decimosexto

Quod is a quo obtentum est re integra obst, ex. de off. dele. c. licet et c. gratum c. relatum ff. de iud. l. mortuo. Vel is contra quem impetratum est Vide Speculatorem

¶Decimoseptimo

Quod sublatum est, nam alter delegatus vel etiam ordinarius prius citauit, ex. de appel, c. vt debitus. ex. de foro. com. c. pe.

¶Decimooctauo

Quod generali derogatum ē per speciale, ex. de rescrip. c. 1. & c. pastoralis

¶Decimonono

Qđ duo rescripta sibi inuicem contraria sunt impetrata, ex. de fide instr. c. imputari. de offi. deleg. c. 2.

¶Vigesimo

Quod idem cōtra eum ad diuersos iudices impetratur, ex. de rescrip. c. ex tenore.

¶Vigesimoprimo

Quod non potest fieri quod præcipitur. ex. de rescrip. c. Si quando

¶Vige-

¶Vigesimosecundo

Quod secundum rescriptum est impetratum, ex quo sciuit primum contra se fuisse impetratum de appell. cap. suggest.

¶Vigesimotertio

Quod imminet scandalum si impetrans beneficium obtineret, ex. de præben. c. Cum tenemur.

¶Vigesimoquarto

Quod præcepit aliquid fieri parte absente nō per contumaciam. C. vnde vi. l. meminerint. C. si per vim, vel alio. l. fi. de caussis, prop. & poss. c. 1.

¶Vigesimoquinto

Quod obtentum est ab imperatore nondum coronato vel infulato. C. de quadrien. præscrip. l. fi. in fine. Vide latius Speculatorem

¶DE CITATIONE, IN CVIVS explanatione hoc ordine procedemus.

¶Ordo dicendorum.

1 De triplici citatione
2 De officio iudicis, citantis, nuntij, exequentis & citati
3 De temporum interstitijs inter vnam citationem & aliam
4 De peremptorio mittendo
5 De proprietatibus peremptorij
6 De die, hora, & loco citationis
7 De exceptione contra citationem

¶Citatio quid, & quotuplex.

Citatio est vocatio iuridica ad iudicis conspectum. Estq; fundamentum & principium ordinis iudiciarij, inst. de pen. teme. litig. para. vltimo.

Et est triplex, scilicet prima, quæ fit viua voce, secunda literalis, tertia violenta

¶Prima

Fit viua voce per iudicem, vt quando iudex ore proprio citat, & valet arctatq; citatio talis, si legitime fiat. C. quomodo & quando iudex. l. cessante. Nam assignando partibus terminum ad cõparendum vel procedendum citare intelligitur.

Vel fit per notarium siue Tabellionem. arg. 23. q. 5. c. circũcelliones ibi sed illorum notarijs &c. Sicut plerunq; faciunt auditores palatij Papæ. Nã si potest iudex citare per nuntium vel præconem, vt iamiam dicemus, multo magis per notarium.

Vel per partem, vt sæpe faciunt iudices actori vel reo, dicentes: Dic aduersario tuo, vt compareat tali hora, & similiter tu compareas eadem hora. Sed hoc potius retorquetur ad factum quam ad ius, non enim tenetur credere suo aduersario.

Vel per edicta, vt minores ordinarij & delegati a principe, in minoribus causlis citãt per edicta, quod non est in vsu. Vide Speculatorem

Vel per nuntium, vt ex. de off. c. prudentiam respon, l. ex. de appell. c. cum parati ff. de rebus eorum, qui sub tu. vel cura. sunt l. magis, para. illud versum nec tamen

¶Secunda

Literalis scilicet, Cum quis a iudice literaliter citatur responsurus: & per hanc maxime apparet & clare demonstrat, quod perpetua sit iurisdictio, si hoc negaretur vel reuocaretur in dubium.

Et regulariter cuiuslibet iudicis, siue ordinarij, siue delegati, siue auditorum literalis citatio

Forma Citationis

continere debet quis citat & eius nomen & cognomen, quem & super quo, vbi & ad quem diem, & ad cuius instantiam citat, & quod p se vel legitimum procuratorem & idoneū, atq; ad causam sufficienter instructum compareat. Vide Speculatorem

¶Tertia

Violenta dicitur, vt cum quis in persona propria ad iudicium inuite ducitur. De qua vide Io. And. in c. Romana, para. contrahemus, ex, de foro comp. l. 6.

Et dicitur hæc etiam realis

¶De officio iudicis citantis.

¶Primo

Decernat & nuntio seu præconi iniungat, vt talem N. Reum ex parte & mandato suo citet & ad instantiam talis vel talis, vt supra et præcipiat vt tali die, hora tali, in tali loco cōpareat, tali N. responsurus

¶Secundo

Comminetur, & hoc quando peremptorie citat, quod si venire contempserit, ipse nihilominus proceder quantum de iure potuerit & debebit: & hoc in continenti in actis scribatur

¶Tertio

Si necesse fuerit, faciat iudex de hac fieri publicum instrumentum.

Et debet citatio fieri trib⁹ edictis, vel ex causa vno peremptorio. quod tantum tpis debet cōtinere q̄tū tria, nisi vrgeat necessitas. ex, de dila, c. 1.

Vide & ibi bonam gloſſam, & tale peremptorium vim habet trinæ citationis, C. quomodo & qñ iudex l. tres denuntiationes

Et dicitur peremptorium, quod cauſſam vel diſcepta. perimat, vel extinguat. 24. q. 3. c. de illicita. Vide & ibi bonam gloſſam

¶ Tres conditiones citationis.

¶ Prima

Niſi quis peremptorie citetur, non fit contumax: & hoc ante litis ingreſſum, ſed poſt quilibet terminus intelligitur peremptorius: vbi ſi qs contumax efficitur, poteſt contra procedi ſine vlterioribus citationibus

¶ Secunda

Si prima citatione conſtare poteſt de cõtumacia, non eſt vltra citandus

¶ Tertia

Ad ſententiam ferendam, vt illam audiant partes citandæ ſunt ſemper

¶ Officium nuntij exequentis.

Nuntius citat aut perſonam, aut vniuerſitatem.

PERSONAM aut præſentem aut abſentem.

PRAESENTEM, & ſic ſemper quis citandus eſt, ſi inueniatur 4. q. 5. c. quiſquis

ABSENTEM loco tuto, loco non tuto

LOCO TVTO, Si non inueniat, proteſtetur de diligentia inquiſitionis, vel eius procura, ſi quem inſtituit, ad domum eius requiratur, vel in eccleſia parochiali

LOCO NON TVTO, In loco propinquio

pinquiore tuto. Vel per publicum edictum

VNIVERSITATEM, Simul cõgregatam si haberi simul possit. Aut singulos, nõ vt in singulos, sed vt vniuersitatem vel capitulum efficiunt c. bonæ ex. de elect. quãdoquidem aliter Citatio facta non valeret

Est nanq; factum capituli non singulorũ factum. Vide fusissime hac in re Spe. li. 2. par. 1. ti. de Citatione

¶Officium Citati seu vocati

Reus Citatus petat copiam tam de Citatione quam literis Citatorijs, quæ fieri debent originalibus remanentibus penes executorem seu nuntium, ex. de proba. c. qm̃ contra, & c. fi.

¶De temporum interstitijs inter vnam Citationem & aliam

Generalis ecclesiæ & caussarum consuetudo in criminalibus & ciuilibus caussis temporum interstitia. quæ Spe. lib. 2. par. 1. ti. de citatiõe, describit, non seruat.

Et bene. Nam omnes inducíæ a iure statutæ arbitrariæ sunt, non quod iudex possit eas penitus derogare, sed consideratis locorum distantijs & personarum, temporum, viarum et negotij qualitatibus, potest eas cũ expedire viderit, moderari vel prorogari.

Et probatur ex. de re iudi. c. quod ad consultationem, ex. de appell. c. personas, & c. cum sit Romana & c. oblatæ ff. de iud. l. nonnunquam ff. de re iudi. l. 2.

Et nisi iuste moderetur, poterit appellari

Et possunt quidẽ omnes termini in litera vnj

ca poni, vt hic infra latius.

¶De peremptorio mittendo.

Peremptorium dicitur, quod causſam ſeu diſceptationem, vt ſup. diximus, extinguat.

Et quilibet Iudex ordinarius delegatus & ſub delegatus poteſt peremptorie citare, ex. de re iud. c. cum Bertholdus de off. deleg. c. conſuluit, & c. ex literis. vide Specula.

¶De proprietatibus peremptorij.

¶Prima.

Peremptorium mitti non debet in prima Citatione vel præmature, C. quomodo & quãdo l. tres & l. conſentaneum, & Authen. qui ſemel.

Niſi ex cauſſa neceſſaria, tũc fit vt ff. de re. iud. l. contumacia, puta propter diſtãtiam viarum, vel ſi res celeritatem deſideret ff. de re iud. l 2. ff. de iud. l. nonnunquam ex. de integ. reſt. c. cum ex literis in fi. de dol. & con. c. cum dilecti in prin. & c. fi. & c. cum olim.

¶Secunda.

Peremptorium poteſt his mitti ter, aut quater ad malitiam conuincendam, vel de gratia, ſi iudici expedire videtur.

Non tamen cogitur, ex. de dol. & cont. c. prout & c. cũ olim ff. de iud. l 2. ex. de off. deleg. c. cõſuluit.

Fit ergo peremptorium tribus edict. vel vno pro omnibus peremptorio, C. quomodo & quando Iudex, l. tres denũtiationes, & contumax eſt niſi veniat.

Sufficit ergo alterum, vel trina citatio, vel vnum

num peremptorium,

Et vbi quis sic contumax est, potest contra eũ sine vlteriore citatione procedi, vide latius Speculatorem.

¶Tertia.

Si constare potest in prima Citatione, citatum non velle venire, non est vlterius citandus, ff. de re iud. l. contumacia ex. de off. deleg. c. consuluit.

¶Quarta.

Licet in die peremptorij Iudex possit, si velit, procedere ad id super quo absens citatus, est nulla alia citatiõe vel expectatiõe facta: tamen æquitate suadente, debet in diem alterũ expectare, & iterum citare si eius iurisdictio durat.

Quæ æquitas seruatur ex. de dolo. & contu. c. cum dilect. vers. expectan. vide Speculatorem.

¶Quinta.

Iudex debet cum peremptorie citat, comminari, quod si non comparuerit is qui citatur, procedet in causa quantum de iure poterit, vt sup. obiter notauimus.

Et hæc comminatio non est de substantia Citationis, ff de iud. l. in peremptorio, ext. de in integ. rest. c. cum ex literis. Sed secundum quosdam lex illa in peremptorio expresse habet huiusmodi comminationem.

Vide hic latius Speculatorem, quantum spatium peremptorium debeat continere.

¶Annotatiuncula

Et nota quod licet pars sit tertio citanda, scilicet primo & secundo, siue duobus edictis per interualla dierum, & postea peruenitur ad peremptorium nisi vno per peremptorio trina illa citatio expediatur: tamen si non venerit in prima Citatione, punietur in sumptibus litis: & etiam si venerit in secunda vel in tertia, vide Specu.

¶ Tres species Citationis.

¶ Prima.

Vocatur conuentionalis, quia in eadem dicitur: Venias tali die coram tali vel tali.

¶ Secunda.

Dicitur monotoria, quod Iudex secundo monet, vt veniat ad iudicem.

¶ Tertia.

Peremptoria, qa dicitur: quod nisi venetit, procedet condemnendo, vel absoluendo.

¶ De die Citationis.

Dies Citationis, ad quem quis citatur, vtpote decimus vigesimus computatur a die receptionis vel insinuationis exclusiue, id est, dies executionis vel insinuationis non computatur in numerum.

¶ De hora Citationis.

Hora autē exprimitur aut certa aut incerta. Si certa, tūc expectādū est post finē horæ. Si incerta, expectādū erit vsq; ad noctē & tnbras: pōt tn expectari de gratia iudicis in alterz diē, vt & sup. dixim.

¶ De loco Citationis.

Si quidem est delegatus iudex, debet specificare certum locum. Non autem ordinarius qui semp habet certum locum, scilicet consistorium iurisdictionis suæ.

Anno

¶Annotatiuncula.

Præterea hic aduerte, quod citatoriæ literæ delegati, debent cõtinere de verbo ad verbum tenorẽ Commissiõis, vt reus qui citatur sciat, quis & qua authoritate citet.

¶Alia annotatio.

Et hoc quoq; nota, qđ ipsemet Iudex qui Reum citat ad causam cognoscere debet, an sua sit iurisdictio ff. de iud. l. Si qs ex aliena ex. de rescrip. c. super literis, c. dilectus. Secus si fuerit recusatus, vt inf. dicemus.

Verum ordinarij duobus modis citãt, nempe per literas, nam dirigunt quandoq; eis quos citant & vocant, & hoc in clericis.

Quandoq; vero committunt alicui qui eos citet: & hoc in laicis, qui nesciunt legere ff. de requi. reis lib. 1. para. præsidis.

Si tamen fieret contra, non ideo minus valeret citatio, ex. de do. & contu. c. fi. in fine. vbi clericus citatur per alium & quandoq; laico literæ citatoriæ destinantur.

Vide hic latius Specu. qui omnium iudicum tam delegatorum quam ordinariorum & auditorum quoq; formulas præscribit: quas hoc nostrum cõpendiũ & iuris processus breuiariũ non caperet.

¶Quæ possunt contra Citationem excipi, & quomodo inualidetur, ratione, Iudicis, Citationis, Loci, Temporis, Citati, & Actoris

¶Ratione Iudicis excipitur ¶Primo.

Quod euidens est citantem non esse iudicē ex. de off. deleg. c. prudentiam, & c. sequen. & ex literis de appell. c. Si duobus ff. de re iudica. l. contumacia. parag. fi.

¶Secundo.

Quod erant duo iudices delegati & alter tantum citat, C. quando prouo. non est necesse, l. cum magistratus, & in Authē. vt iud. non expect. para. Si autem duo.

Vel quod duo tantum citent cum sint tres dati

¶Tertio.

Quod euidens est iudicem esse inimicū vel suspectū, ꝙ q 5. c. quod suspecti ex. vt lit. non contes. c. accedens.

Verum nihilominꝰ veniet allegaturus rōnem

¶Quarto.

Quod citans est delegatus, nec habet certū tribunal, nec solitū locum iudicandi, & in Citatione non exprimit locum, quo Citatus debeat cōparere, ff. de iud. l. Si locus ex. de rescript. c. fi. C. quomodo & quando Iudex. l. Si vt proponis.

¶Quinto.

Quod est delegatus, & citat vt quis personaliter veniat, nisi in casibus, puta si caussa sit criminalis, vel ad iurādū de calumnia, vel de veritate, vel alias necessitas iuris id exigat.

¶Sexto.

Qđ is q cōmisit eā, nō poterat cōmit. vide. Spe.

¶Ratione Citationis excipitur.

¶Primo.

Quod Citatio non exprimit, res super quibus actor intēdit agere, ꝑ clausulā illā (& de reb⁹ alijs) quandoquidem postmodum non audietur, vt in c. pastoralis

pastoralis,ex.de rescrip.

¶Secundo.

Quod per clausulã, quidam alĳ, plures quã quatuor citantur, solum enim quatuor conueniri possunt, per illam clausulam generalem, (quidam alĳ) quorum nomina in prima Citatione exprimantur,ex.de rescript.c.Cum in multis,libr. 6. Vide Specul.

¶Tertio.

Quod non continet spacium viginti dierũ secundum quosdam.3 q 3 c.offeratur.Hodie hoc arbitrarium est,ex.de appel.c. personas & c.sequẽ.

¶Quarto.

Quod non fuit peremptoria,ext.de do.& cõ. c.prout cum dilecti.

¶Quinto.

Quod facta est indeterminate ad locum qui commune non habeat cum alĳs locis extr. de rescript.c.fi.

¶Sexto.

Quod rescriptum Apostolicum in ea non fuit insertum,qũ est missa a delegato,vt su. diximus. Debet tamen venire & allegare rationem.

¶Septimo.

Quod nimis maturum .i. breue est perempto rium,ex.de dila.c.i.

Octauo.

Quod citatio facta est sup prĩcipali p iudicẽ appellationis. Qñquidẽ sic poterat citatus mittere excusatorẽ, q dicat iudicem non posse procedere quia appellatum est, & appellans intendit prosequi appellationem tempore competenti.

Si autem transisset tps prosequndæ appellatiõs, tunc

tunc bene teneret Citatio super principali caussa tam a delegante quam a delegato facta, ex. de appell. c. cum sit Romana, vide Spec. lib. 2. par. 1. ti. dicto de Citationibus, vers. quid si aliena.

¶Et generaliter excipitur & non valet vbicũque reus se tueri potest, si eius defensio sit in euidẽte ff. de iud. l. non videtur.

Cæterum vbi dubium est, an teneat Citatio an non, tutius est venire & allegare priuilegium ff. de iud. l. Si quis ex alieno, vide Specu.

¶Ratione loci excipitur.

¶Primo.

Quod est vltra duas dietas a finibus diocœsis vnde est Citatus, vbi est res de qua agitur, ex. de rescrip. c. nonnulli & c. ex parte.

¶Secundo.

Quod fit citatio extra prouinciam quamuis infra duas dietas, 3 q 6. c. vltra & neminẽ. In Authen. de sanctiss. epis. para. vt autem omnes, coll. 9 extra de dol. & contu. c cum olim.

¶Tertio.

Quod est ad locum inhonestum, vtpote prostibulum, vel minus tutum, vt vbi est timor hostium vel vbi sunt inimici, C. de senten. & interlocutionibus omni iud. l. Cum sententiã, ff. ex quibus causs. in possess. earur l. fulcimus, para. quid si latitare ex. de appell. c. ex parte, vt lite. non con. c. accedens.

¶Quarto.

Quod est ad locum minus insignem, vt vbi ne quit haberi copia iurisperitorum ext. de rescrip. c. Sic tutum lib. 6. vide Specu.

¶Quinto.

Quod

Quod iudex citat ad locum nõ suæ Iurisdct. ff. de iuris.om.iud.l.fi.

Sed tamen consultum est venire, quia forte id sibi a superiore, vel a Iudice alterius territorij con cessum est.

Quamuis hoc in Citatione exprimi debuisset ext. de off.deleg.c.Nouit, ext.de vsu pallij titu.ex quarum. Vide Specu.

¶Ratione temporis excipitur.

¶Primo.

Quod statuta est hora incongrua, vtpote post vesperas vel in nocte, extra. de off. delegat.c.con suluit.

¶Secundo.

Quod est nimis angusto tẽpore, ꝯ q ꝛ c.Si priuatis, ff.defec.l.1.

¶Tertio.

Quod facta est in die feriato vel festo, licet fiet ad diem non feriatum, ff.de fe.le.i.& C.eo.le.fi. quam vide, & similiter Spec.

¶Quarto.

Quod sit ad diem feriatum siue festiuum & solennem, C.de fe.leg.fi.extra.eo.c.fi.ff.eo.le.i.& secunda vide Specula.

¶Ratione Citati excipitur.

¶Primo.

Quod Citatus probabiliter errans in nomine iudicis iuit ad alium iudicem eiusdem nominis, ff. de Iudic.lege impe.ff.de fer.lege.nequis. Vide Speculatorem.

¶Secundo.

Quod Citatus est circa rẽ rusticam occupatus & res

& res est peritura ff.de fer.l.i.ex.de iud.c.fi.

¶Tertio.

Quod valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis impeditus, vel propter viarum discrimina, vel vocatus est ad testimonium, vel dignitatem, vel incipit abesse caussa reip. vel est mulier grauida, vel peperit, vel funere domestico impedit, vel maius negotium ipsum trahit.

Hos casus & alios habes, ff.Si quis caut.iud. sisten.l.2.para.1.& para.si quis in iudicio,& le.4 & lege si is qui fideiussorem, & leg.sequen.ff.ex quibus maiores:in integ.resti. At hi in Authen:vt cum de appel.cognos.para.meminimus col.6.

¶Quarto.

Quod fuerit detētus a magistratu & in vinculo positus sine eius dolo & culpa, quod ab hostib⁹ captus:quibus casibus non arctat eum citatio.

Secus si ipse hoc procurasset fieri, vel a priuato detentus ff.Si quis cautio.l.2 para.fi.& l.3,&4 ex.de off.deleg.c.Pastoralis ad fi.

¶Quinto.

Quod fuit vocatus ad maius ff.de re iud.l. cō tra pupillum para.is qui.

Quare ad eum vocantem maiorem prius eū dum erat,ex.de appel.c.cum parati,

Et hoc verum,nisi malitiose curet se vocari p̄ superiorem.

¶Sexto.

Quod erat infirmus, vel obsessus, vel mors imminebat, vel graui necessitate vel persecutiōe vel naufragio vrgebatur,de consecrat:distin.4 c. hi qui,& 5 q 3 c.Si ægrotās,ex.proc.c. querelam.

Istis casibus sufficit excusationem mittere,vt

ex

ex de do. & con.c.cum dilecti para.expectãtibus.

¶Septimo.

Quod clamorem seu vocem prætoris non intellexit,C.quomodo & quando iudex,Authen.q semel,ff.de in integ.rest,l.diuinæ.

¶Octauo.

Quod est spoliatus, quare non tenetur venire vel respondere parti spoliatrici, donec fuerit plene restitutus, 3 q 2 c.i.& c.prius ergo,ex.de ord.co. c.1 de rest.Spolia.c.frequens lib.6.

Consultum tamen est, vt veniat allegaturus causſam.

¶Nono.

Quod est talis qui nõ potest citari, puta quia consul,Præfectus,prætor,ingratus,qui imperium habent,Episcopus,qui sacra facit, is qui vxorem ducit, vel ea quæ nubit, Vel is qui funus familiare prosequitur, nec is qui propter loci religionem se mouere non potest,vt regularis incluſus,nec furioſus,vel impubes,ff.de in ius vocan.l.2 & 3,

Veruntamen religioſus,furioſus & impubes & si non per se,per alios tamen conueniuntur, scilicet per administratores, vel actores, vel tutores, vel curatores suos.ff. Ex quibus causſis ma.l. Sed & si,C.de in ius vocan.l.2.

Sunt & plerique alij, qui sine venia vocari nõ pñt,vt pater, patronus d.l.2. C. de in ius vocan.

¶Ratione Actoris excipitur.

¶Primo.

Quod Actor procurarit ne Reus ad iudicium veniret,ff.de eo,per quẽ fact,l.i.parag.Si reus, & le.fi.

leg.fi. paragr.sed etsi stipulator,ext.de in integ.re sti.c.ex literis,extra.de offic.delegat.c. Pastoralis & c.finali.

¶Secundo.

Quod ad querelam liberti patronus citatur, quare non valet,C.de in ius vocando,leg.24 q.3 c.libert: Vide latius Specalatorem.

¶DE CONTVMACIA.

Quia peremptorie vocati ad iudicium sæpe venire contemnunt contumaciter.Ideo de contumacia hoc ordine dicemus.

¶Tractandorum series.

Primo,quid contumacia,& quis dicatur contumax.

Secundo,quod modis cõmittatur cõtumacia.

Tertio,qualiter cõtra cõtumacem,siue Actorem,sine reum,procedatur.

Quarto,de pœnis contumaciæ & quo ordine infligantur.

¶Quid contumacia,& quis contumax.

Contumacia est erga iudicem vel prælatum commissa inobedientia.

Et dicitur commissa,quia super licitis obediẽdum est,vt de tempo.obe.c.ad aures,in gloss.

Vnde contumax est,qui trinis edictis & vno peremptorio citatus, non venit, vel si venit non obedit,vel sine licentia Iudicis recedit,11 q.3 c.certum,extra.de excess. prælato:c. ex literis.ff.de iudic.leg. ex contumacia,C.quomõ & quando Iudex,le.tres,ext.de do.& contum.c.causam:quæ vide,& Speculatorem.

Quod

¶Quod modis committatur contumacia.

Contumacia multipharíam committitur:

Primo, non veniendo.

Secundo, non reſpondendo.

Tertio, recedendo ſine licentia.

Quarto, abſentando.

Quinto, latitando, ne citatio ad eum peruenire poſſit, de quibus ſup. allegatis iuribus.

Sexto, impediendo & procurando per ſe vel per alium ne citari poſſit, vt lit. non conteſt. c. qm̃ para. i. ff. de euict. l. Si dictum para. ſi præſenti.

Septimo, in non reſtituendo ad mandatū iudicis, ff. de rei vendica. l. qui reſtituere, ext. de for. cō. c. conqueſtus, vide Specu.

Octauo, in non emendando delicto.

Nono, in non exhibendo.

Et hoc vide apud Groſſr. de Senten. excommunicationis, para. excommunica, fieri. Et Spec. hic & Barto. in l. fi. ff. de in integ. reſt. & in l. ex cō ſenſu, para. 2. ff. de appel.

¶Duæ ſpecies contumaciæ, Vera ſcz, & Præſumpta.

¶Vera.

Qua is dicitur contumax, quem citatio appꝛehendit, & ingenue dicit ſe non obediturum.

Et contra talem poteſt procedi nulla alia citatione facta, ff. ex quibus cauſſ. in poſſeſſ. eatur, leg. fulcimus, in fi.

Nec talis poteſt appellare, ff. de integri. reſtit. lege diuus in fi. & l. ſequen. Niſi veniat adhuc iudice ſedente pro tribunali, vt in d. l. diuus.

¶Præsumpta.

Qua is dicitur contumax qui respondit se vẽturum, vel nihil dicit, non tamen venit.

Ad quem debet ter mitti Citatio. ff. de re iud. l. contumacia para. contumax.

Vel contumax ficte vel præsumpte is dicitur, ad cuius domum trina Citatio facta est, licet non fuerit inuentus, cui & sententiæ magis accedit Speculator.

Et cõtra talẽ etiã procedit. Sed postea probata iusta absentiæ caussa sine difficultate restituit.

¶Qualiter contra Actorem cõtumacem procedatur.

Quod si actor abest Contumaciter, & lis contestata fuerit, tunc Citabitur ad petitionem rei tribus edictis, quorum quodlibet debet esse. x. dierũ.

Et si liquet & liquere põt de caussa iudex sententiam feret, & procedet secundũ merita caussæ.

Si vero non liquet plene de caussa, absoluet Reum præsentem ab obseruatiõe iudicij: nullo regressu ad caussam seruato Actori: & in omnem caussæ euentum condemnet Actorem absentẽ in expensis. C. de iud. l. properandum, para. etsi quidem. ext. de dol. & contu. c. prout.

Si vero lis non fuerit contestata, etiam citandus est tribus edictis per interualla. x x x. dierum, & si non venerit, indulgetur ei annus.

Sed intra ipsum annum veniens non auditur nisi restitutis expensis rei, & cauerit sufficienter, quod in ceteris terminis fideliter comparebit.

Si vero non venerit intra annum, Iudex audiat allegationes & testes præsentis Rei, & rei veritate

tate p quisita, sentẽtiam ferat super principali. C. quomodo & quando Iudex, Authent. qui semel. extra. de do. & contu. c. causam quæ, in fi. Verũ etiam hodie punitur in expensis, nisi veniat in primo vel secundo termino, nec admittitur ad aliam Citationem, nisi cautione vt sup: data.

¶Qualiter contra Reum contumacem procedatur.

Quod si Reus contumax est procedetur hoc modo. Primo Actore instante & rei absentis contumaciam accusante cum literis & instrumento Citationis coram Iudice. C. de iudic. leg. properandum para. & siquidem, & singula faciet redigi in Actis: Formam vide apud Spec.

Scdo, actore sic instante & rei cõtumaciã accusante, Iudex cõtra eũ tanq̃ cõtumacẽ procedat, & eum facta fide de Citatione, contumacẽ pronuntiabit, secundũ formã, q̃ vide apud Spe. hic positã.

Tertio pœnam imponat, vt infra dicetur de contumacia.

Verum quoniam articulus iste frequens est et quotidianus, ideo ad materiæ notitiam clariorem sic distinguit Speculator.

¶Causarum alia est ciuilis, alia Spiritualis, alia Matrimonialis, alia Appellationis.

¶Ciuilis,

Est, in qua si quis accusatus & contumax reperiatur, videtur fictione iuris crimen confiteri. Verum hoc membrum plenius prosequemur inf. de accusa. Tu vide bonam gloss. ex. de dolo & cõ. c. veritatis in verbo, probatum.

Et ciuilis cauſſa diſtinguitur, nam agitur vel Actione reali, vel perſonali.

¶Reali, puta ad fundum vel domum, & Reus fit contumax, quia peremptorie citatus non comparet, vt ſup. diximus.

Et iteꝝ ſubdiſtingue, ꝙa aut eſt lis conteſtata, & liq̃t de cauſſa aut liquere poteſt, puta ꝙa teſtes recepti ſunt vel recipi poſſunt, vel inſtrumenta exhibita ſunt, vel confeſſiones factæ, & tunc procedi poteſt ad ſententiam abſoluendo vel condemnando ſecundum cauſſæ merita: nec veniens reſtituitur, & ſiue pro abſente ſiue contra eum Iudex pronuntiabit, ſemper eum in expenſis condemnabit, vide Specula.

Aut lis eſt conteſtata, & non liquet, nec liquere poteſt, vt quia actor nullos teſtes vel inſtrumenta produxit: adiudicanda eſt ei poſſeſſio tantum, ſalua quæſtione proprietatis abſenti. Vide Speculatorem.

Aut lis eſt quaſi conteſtata ſaltem & ad interrumpendã præſcriptionem, puta quia is qui noĩe alieno poſſidet conueniatur ac ſi ſua ſit, & domino rei in iudicio per eum nominato, & facta ei intra certum tempus a iudice ſtatuendum denuntiatione, vt veniat ad cauſſam, eoꝝ legitime citato, dñs nõ venit: tũc certe adiudicabitur poſſeſſio ipſi actori, & fiet verus poſſeſſor, ſalua q̃ſtione proprietatis abſenti. Vide Speculatorem.

Aut lis nullo mõ cõteſtata eſt. Et tũc ipſo Reo cõtumaciter abſente actor nõ põt petere vt ſnia ferat C. de iu. l. properãdũ para. vt ſiqdẽ & para. ſinautẽ. Sed ſummatĩ examinato negotio mittẽdo eſt in poſſeſſionẽ rei petitæ, ex. vt lit. nõ cõte. c. qm̃ freq̃nter para. in alĳs. Et tũc reus vſq; ad annũ poterit

terit recuperare possessionẽ restitutis expẽsis, & p̃
stita cautiõe iudicio sisti. Anno vero elapso nõ au
dietur, nisi super proprietate. Vide Speculatorem.

¶Si psonali actione agat̃, vtpote pro obliga
tione, & reus absit cõtumaciter, iterum distingue.

Nam aut est contumax ante litis contestatio
nem, aut post litis contestationem

Ante litis contestationem, & tunc mittitur
actor in possessionem bonorum ipsi⁹ rei causa cu
stodiæ, pro modo debiti declarati in libello, vt in
c. quoniam frequenter para. fi. ex. vt lite non con.
& C. de bonorum auth. iudi possess. L. cũ propo-
nas. Missus tamen non efficit verus possessor, sed
restitutis expensis & p̃stita cautione venienti reo
restituit̃ possessio quandocunq;, nisi iudicis autho
ritate sit ab actore distracta, qui iudex debet ad
hoc tempus statuere moderatum.

Post litem contestatam, si quidem actum fue
rit pro certa quantitate pecuniæ, vel obligatione,
& missio facta fuerit pro modo debiti declarati,
missus nunq̃ efficitur verus possessor, imo posses-
sionem recuperat reus quandocũq;, nisi res distra
cta fuerit, vt supra diximus. Sed si certa species
petita fuerit, fit missio in illam, vt supra dictum ẽ
Et tunc reus volẽs post annum parere, auditur so-
lum super proprietate, non super possessione, secũ
dum quosdam. Vide Spe.

¶Spiritualis.

Vel mixta vel cohærens. Si quidẽ talis ẽ caus
sa quod possit mitti in possessionem, fit missio &
recuperatio secundum prædictam distinctionem.

Q̃d si hæc fieri non possit, q̃cũq; sit caussa &
q̃mõcunque agat̃, excõicari potest reus cõtumax
vsq; ad satisfactionem condignam. & nilominus

condemnari in expensis, ex. vt lit. non test. c. tuæ. Quod vide, & similiter Speculatorem.

¶Matrimonialis.

In qua qualiter agatur & procedatur, dic vt ex vt li. non contest. c. quoniam para. Si vero, & q matri. accusar. poss. c.

¶Appellationis.

In qua qualiter procedatur contra contumacem, vide Spe. de appel. para. de officio quoq;, & nos inf. suo loco scilicet de appel. dicemus. Et not. extra. de appel. c. per tuas & c. Romana paragr. finali. leg. c.

¶Adnotatio.

In summa nota, quod Reo per se vel responsalem, in termino non cõparente vel aliter contumace existente, Actor petat eum condemnari in expensis, vel excommunicari, vel se mitti in possessiõem rerum petitarum, vt in prædictis iuribꝰ & offerat instrumentum Citationis, per quod ostẽdat contumaciam, aliter enim Iudex non procedat, extra. de elect. c. quod sicut de Constitu. c. ecclesia.

Et si Iudex velit ei expensas remittere, hoc facere non debet cum discrimine partis, quod dic vt extra. de officio delegati c. consuluit & ext. de consue. c. Cum olim.

Excusatur autem, si eius responsalis a latronibus raptus vel interfectus est, vt C. qui pete. tuto. vel cura. lege. a matribus, ex. de pignor. c. significauit.

¶De Pœnis contumaciæ, & quo ordine inferantur.

Pœnarũ contumaciæ quinq; species: vtpote. Prima.

¶Prima

Excommunicationis 11,q.3.c.absit,& c.certum,ex.qui fil.sint legit.c, per venerabilē, para, rationibus versi.cuius sententiam,ex.de maio.& obedien.c.2.& hoc tam in actore quam reo

¶Secunda

Suspensionis,potest enim quis propter solam contumaciam suspendi ab officio vel beneficio, ex,de dolo & contu.c.veritatis

¶Tertia

Satisfactionis expensarum, siquidem contumax punitur plerumq; per expensarum satisfactionem

¶Quarta

Missionis in bono.possess.caussa rei seruādæ, q̄ quō & qñ fieri & debeat & possit, dic vt not. de dolo & contu.c.contingit,ex.vt lit.non cōtest. c.qm̄ frequenter, para.in alijs vero casibus,quæ iura vide, & inf. suo loco dicemus nos q̄q;.l. de 1, & 2,decreto.

¶Quinta

Mulctæ,siquidem contumax punit̄ qñq; per mulctam,quod facere potest gliber iudex ff.si qs ius dicen. non obtem.l.vnica. Vide Spe,li.2.par.1. ti.de cont.para.nunc dicamus

¶Ordo pœnarum pro contumacia infligendarum.

¶Primo

Iudex pōt incipe a q̄cūq; pœna voluerit.Benignius tñ fecerit si a missione in possessionē caussa rei seruādæ, vt lit.non contest.c.tuæ fr̄nitatis

Quia prius recurrendū est ad res q̄ ad psonas.

¶Secundo

Iudex non multum festinabit ad faciendam missionem, quod pulchre notatur in Glossa, c. cõtingit, ex. de do. & contu. quia si reus probabit iustam absentiæ caussam, restituetur, ff. de dam. infect. l. Si finita. para. si forte

Summatim ergo iudex examinabit negotiũ ante quam mittat alteram partium in possess. vt sup. allegat c. qm̃ frequenter, para. quod si. C. de bon. auth. iudi. poss. Authen, & qui iurat

¶Tertio

Si iudex voluerit contumacem excommunicare, prius debet eum admonere vt adhuc obediat comparendo intra certum terminum competẽtem, & suam contumaciam expurget.

Ista enim monitio iudicis seu narratio contumaciæ in monitorio nihil probat, vt not. in cle. vnica, ex. de probat. & ideo debet redigi in Actis

¶Quarto

Monitio debet habere competentia temporum interualla, & aliquando ponitur in monitorio vt infra duodecim dies, quorum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor pro tertio & peremptorio ac peremptorio termino ac monitione canonica, de sententi. excõ. c. constitutionem, lib. 6.

¶Quinto

Si est episcopus, primo debet ei ab ingressu ecclesiæ interdici. Secundo, crescente cõtumacia suspendi, & tertio excommunicari, si non resipiscat.

¶Sexto

Si excommunicatus perseuerat in contumacia, iudex procedat ad aggrauationem sententiæ ex-

excõicationis, ꝙa creſcẽte cõtumacia debet pœna creſcere.c, qm̃ frequenter in fi.ex. vt lite non cõte.

¶Septimo

Si adhuc non curat parere iuri & petere abſolutionem, dirigatur illi aliud mandatum, quo inhibeatur ne quiſquam ſecum communicet, emendo vendendo, ignem. aquam adminiſtrando.

¶Octauo

Si nec ſic põt reuocari a ſua cõtumacia, ſolet interdici a diuinis, q̃ diu præſens fuerit excõicatus

Et hãc pœnã q̃q; p̃cedere debet admonitio, q̃ oẽm vindictã regulariter præcedere debet. 11. q. 3. c. indigne

¶Nono

Si p annũ in ea excõicatione perſtiterit, inducit ſuſpitionem hæreſis, & pro ea ſuſpitione tanq̃ talis & hæreticus, dicitur excommunicari denuo.

¶Decimo

Si iterum in tali excõicatione lata pro hmõi ſuſpitione perſeuerauerit per annuum, cenſebit hæreticus, 11. q. 3. c. rurſus, et c. quicunq;.

Vtrum autem iudex poſſit in præiudiciũ partis, contumaci parcere, nota. ex. de off. deleg. c. cõ ſuluit, vbi vi. gloſſ. in verbo graui fecerit

¶DE PRIMI ET SECVNDI Decreti interpoſitione.

Qm̃ ſupra inter quinq; contumaciæ pœnas, enarrata eſt quarta, miſſio, ſ. in poſſ. ex primo decreto. Idcirco operæpretium facere arbitramur, ſi aliqua dicamus ad pleniorem informationem de primo & ſecundo decreto, idq; hoc ordine

¶Tractandorum ordo.

1 De primo decreto, & quot modis dicatur.
2 Quando & qualiter debeat interponi.
3 In quibus rebus vel actionibus interponatur.
4 A quibus iudicibus soleat & debeat interponi
5 Quis sit effectus primi decreti.

¶Decretum multis modis accipitur.

1 Pro edicto citatorio, ff. de re iudi, l. decreto
2 Pro sententia interlocutoria, ff. de assess. l. 1.
3 Pro Statuto quod summus pontifex de cõsilio cardinalium nulla facta cõsultatione .i. ad nullius consultationem, statuit & in scriptis redegit, ex, de elect. c. licet canon. li. 6. 20. dist. c. Si decreta, & c. sequen.
4 Pro consensu eligentium in scriptis redacto, 2. q. 1. c. legum, ex. de elect. c. innotuit
5 Pro eo quod est capitulum, vel ordo, vel vniuersitas, vel quod maior pars ordinat, ff. de decre. ab or. facien. per to. ff. quod cuiusq; vniuer. l. plane & quasi, per tot.
6 Pro iudicis authoritate in alienationibus rerum, præcipue minorum interposita, C. de præd. mino. l. inter omnes minores, & fere per totum.
7 Pro authoritate principis in rescriptis beneficialibus interposita, De rescrip. c. gratia. li. 6.
8 Pro iussu iudicis

Et sic hic accipitur, quo iudex mandat bona alicuius propter eius cõtumaciam possideri in pœnam contumaciæ, cum actum est actiõe personali vel reali, vt supra nonnihil attigimus

¶Et diuiditur in primum & secundum

Dici-

Dicitur autem primum quasi primus Iudicis iussus

Et licet alioqui primũ dicatur respectu secundi, ff. de reb. dub. l. qui duos, non tamen semper, vt ex. de verbo. sign. c. Ioseph. quia quandoq; interponitur primum decretum & non secundũ, vide Speculatorem.

¶ Diffinitur primũ decretũ, quod sit prima a Iudice iubente in possessionem facta missio.

Primum decretum est primi iussus iudicis, quo mandat bona propter contumaciam in pœnã contumacis obtineri.

¶ Pariformiter diffinis secundũ, nisi quod secundam missionem loco primæ addas.

Quandoq; tamẽ interponitur primum & non secundum, eo quod in aliquibus non est opus secundo, quod breuiter in c. quando frequenter, para. in alijs vero in glos. verbi constituetur, ex. vt lit. non contest.

Vide & bonam glos. in l. si finita, para. si plures in verbo prius ff. de damno infect.

¶ Quomodo & qualiter sit interponendum.

Primum decretum & ante litiscont. & post (le. 1. C. qui potio. in pig. hab.) interponi potest, quotiens cumq; aliquo existente contumace, & actore instante & rei contumaciam accusante, & adhuc ita non liquet de caussa, vt sententia diffinitiua terminari valeat, Iudex ad petitionem actoris rei contumaciam accusantis facta sibi fide de Citatione, pronuntiabit eum contumacem, & decernat missionem.

Quod

Quod vt propius intelligas, subijciam exemplum, quo pacto ad vtrumq; decretū peruenia tur.

Citatur aliqs peremptorie, non venit, nec mittit procuratorem vel responsalē: tunc actor petet a Iudice se mitti in possessionē bonorum, licet aliter olim & alter hodie.

Et fit hæc missio, vt ille affectus veniat respon surus, ff. ex quibus causs is in possess. ea. l. cum legati. & ff. vt in possess. leg. l. is cui. in prin. quo fit vt hac missione solum nanciscatur possess. caussa rei seruandę siue pignus prorium, vt inf. latius.

Ad secundum peruenitur ita: Adueniente termino a iudice pro primo illo decreto dato, veniet actor & petet: Domine Iudex misisti me in bo. possess. ex primo decreto, cuius iam tempus elapsum est, nec curauit debitor meus venire: ob id peto mitti ex secundo.

Et Iudex contumacem illum adhuc debet citare, C. de iud. Authen. iubemus.

Vel si non inuenitur domi, debet denūciari vel vicino suo, & præconizari an aliquis velit eum defendere, ff. ex quibus causs. in possess. ea. l. hæc autē.

Et si veniat, restituat expensas & interesse aduersario, & recipiat possessionem.

Si nullo modo venerit, interponitur secundum decretum, per quod iustam caussam possidendi vel prescribēdi nanciscet, & aliquādo dominiū & licentiam vendēdi bona in quæ missus est: de quibus suo loco latius & plenius.

¶Sed vt vnde digressi sumus, reuertamur, Primum decretum fit sub hac distinctiōe, quia aut agitur actione reali vel personali, vt sup. diximus, vbi vide qualiter contra contumacem proceditur.

Formulas autem huius primi decreti interpositionis

sitionis, vide apud Specu. lib.2 par. 1 ti.de primo decreto,para.sequitur videre quomodo & qualiter

¶In quibus rebus vel actionibus interponatur primũ decretum.

Propter legata ff.vt in possess.legato.p totum

Caussa damni infecti l.Si finita.para.fi. ff.de acquiren.poss.l possideri,para.fina.ff.quotum legata.leg.1.

Propter contumaciam conuenti in reali vel p sonali actione,ex.vt lit.non contest.c.quoniam frequenter,& ex.de eo qui mit.in possess.causs.rei seruãdæ,per to.C.de bono,auth.iud.poss.p to.qui omnes non possident sed detinent,præterquam in cõuento actione reali,in quo dissentiunt an possideat primum annum, vide Specu.

¶Annotatio Prima.

¶Aduertendum hic, quod cum agitur actiõe personali, Primo mittetur actor in possess. mobilium si extent,alioquin immobilium,Postremo etiam nominum,sicut fit in executione rei iudicatæ, ff:de re iud.l.a diuo Pio,para.in venditione ex. vt lit.non contest.c.quoniam,para.fi.in fi.

Nisi sint serui aut boues aratores,qui non capiuntur quam diu alia supersunt,C.quæ res pig. oblig.poss.l.executores,& l.sequen.

¶Anno. Secunda

Insuper notandum,quod missus in possess. ex primo decreto,non vtetur bonis illis vel fructibus, in quorum possessionẽ missus est ff.ex quib.causs. in possess.l.fulcimus, in prin.& l. prætor in prinsse imo eos restituet infra annum cum ipsa re.ex. de c. quest.poss.c.2.

Nisi missus specialiter impetret propter nimiã

contuma

contumaciam ipsius debitoris, vt in dicta l. fulcimus, para. fi.

Quæ sit nimia contumacia, variæ sunt opiniones, tu vide Specula.

Veruntamen sunt casus in quibus missus vtitur fructibus, vt si mulier vētris nomine missa fuerit in possess. nisi per calumniam missa fuerit, vt ff. si mulier ven. nomine leg. 1. & 2.

Alius casus, quando sc̄ missus est coniuncta persona ff. vt in possess. lega. l. quę legatorum.

Tertius, cum filius mittitur in poss. ex edicto Carboniano, C. de Carboniano edicto l. 2. Verum in allegatis casibus non fit missio propter contumaciam simpliciter, sed etiam propter fauorem.

¶Anno. Tertia

¶Præterea ne hoc quidem prætermittendum est, quod si conuentus, qui alieno nomine possidet id denuntiet domino, fit missio in possessiōem rei petitę: nisi dominus venerit in termino ad hoc a iudice statuto.

Sunt enim hi qui dicuntur possidere nomine alieno: Depositarius, Commodatarius rei mobilis, Colonus & inquilinus, qui non habent ius in re vide hic diligenter Specu.

¶Anno. Quarta.

¶In summa notandum est, quod vbi agitur personalibus actionibus pro temporalibus, nō fiet missio in possessionem spiritualium pro mensura debiti declarati, vt probatur ex. de iniurijs c. 1. li. 6.

Sed vbi agitur personali actione pro spiritualibus, puta ex permutatione vel donatione rerum spiritualium, & huiusmodi: tunc bene potest fieri missio in possess. bonorum spiritualium, & etiam

forte

forte secundum Speculatorem in possess. temporalium: præsertim si spiritualibus erant temporales annexæ, vt not. ex. de eo qui mittitur in possessionem, c.1.

¶Anno. Quinta

¶Postremo nota, quod in realibus & mixtis actionibus fit missio in possess. rei petitæ tantum nisi quando latitat vel quando dolo desijt possidere, ff. ex quibus cau. in possessio. catur, l. fulcimus, para. item videamus, & parag. sequen. C. de præscrip. 30. an. l. Si quis, para. fi.

In personalibus vero fit pro mensura debiti declarati, vt sup. diximus.

¶A quibus Iudicibus primum decretum postuletur.

Primum decretū postulari potest ab hisce Iudicibus: Maioribus scilicet, minoribus, municipalibus, delegatis.

Quod probatur ff. de damno infect. l. dies, para. 1. ex. de eo qui mit. in. possessionē. causs. rei seruand. per to.

¶Annotatiuncula.

¶Aduertendum est, quod Iudex corā quo alterius iudicis subditus conuenitur ratione contractus vel domicilij vel alia quauis causa, vt extra de fo. compe. c. fi. potest mittere actorem in bonorum possess. quæ reus habet in eo loco in quo conuenitur & decernere missionem esse faciendam in bono. possessio. quæ conuentus habet coram suo iudice siue in loco sui ordinarij propter eius contumaciam.

Exem-

Exemplum finge. N. quidam debitor est cuiusdam ciuis. N. potest. N. coram suo Iudice. N. illum vel ratione domicilij, si etiam habeat: vel ratione contractus, si ibidem inierit, conuenire. Et si. N. ille contumax fuerit, poterit. N. Iudex suum subditum mittere in possess. bono. quę habet. N. ille. N. & prę rea decernere bonorum poss. esse faciẽdam in bonis quæ conuictus. N. habeat. Et. N. quidem Iudex missionem illam decretam per iudicem. N. exequi debet, vide latius Specu.

¶Quis sit effectus primi decreti.

Ad perfecte cognoscendum effectus primi decreti sic distingue, aut est actio personalis aut realis Si quidem psonalis, multiplex est huius primi decreti effectus.

¶Primus.

Quod per illud habet missus & custodiam & defensionem rerum, quod dicitur iudiciale & prætorium pignus: videtur enim sibi constitutum post quam inductus est in possess. ff. de pigno. act. l. non est mirum & C. de præto. pig. l. fi. C. qui poti. in pig. hab. lib. 2. & C. vt in poss. leg. l. Si postquam, & l. Si legati.

¶Secundus.

Quod nisi debitor satisfaciat creditori misso in possess. poterit ipse creditor sine libello petere a iudice bona vendi, in quorum possessionem missus est si debitor latitat, vt inf. latius dicemus in secundo decreto.

¶Tertius.

Quod habet custodiam non tamen veram possessionem, sed detentat ff. de acqui. possession. l. possidet

sideri, para. fi. ff. vti possi. l. Si duo, para. creditores ff. de damno infecto, l. Si finita, para. iulianus.

Est enim in possessione, sed non possidet. Nam longe aliud est possidere, quam in possessione esse ff. de acqui. pos. l. Si quis ante.

Et est ratio quare missus in personali non possidet, in reali vero sic : quia quando ago personali, ago contra illum q̃ mihi obligatus est ex contractu vel quasi: ex maleficio, vel q̃si. Quare si mittor in possessionē pro mēsura debiti declarati, quodā ex traordinario iure mihi subuenitur, quia (vt ita dicam) mittendus essem in personæ possessionem quæ obligata est.

Sed quia persona libera possideri non potest, ideo mihi succurritur in rebus, non vt eas possideā, sed vt custodiam, donec tædio affectus contumax vel mihi soluat, vel ad iudiciū veniat responsurus.

¶ Quartus

Quod pro illius possessionis defensione competit interdictum (vti possidens) ex quo competit ei actio in factum quanti ea res erit.

¶ Quintus

Quod solum custodit fructus, interdum res vē dit & pretium seruat, non vtitur, vt sup. notauimus

¶ Sextus

Quod in quibusdam casibus missiōis, vt sunt in fauorem, quos supra notauimus, missus vtitur fructibus.

¶ Septimus.

Quod lucratus fuit fructus secūdum quosdam vt in l. fulcimus, para. fi. ff. quibus ex causs. in poss. & ff. de leg. l. filius familias, parag. diui Seuerus & An. in fi. vide Specu.

Q Octa-

¶Octauus.

Quod missus potior est alijs venientibus postea, quia habet hypothecam, & etiam his q̄ post modum simili iussu Iudicis capiunt.

Quia qui prior est tempore potior est iure, C. qui pot. in pig. hab. l. Si decreto.

Quod intellige de his tantum creditoribus qui non sunt eiusdem tituli. Si enim essent eiusdem tituli omnes concurrerent eodē iure, sc̄z posteriores cū prioribus, ff. de priuileg. credit. leg. priuilegia, ff. de bo. aut. iud. poss. l. fi. in prin.

¶Nonus.

Quod missio vnius creditoris prodest omnibus eiusdem tituli, d. l. fi.

¶Decimus.

Quod missus erit onerosus debitori propter cuius contumaciam missus est.

Quia si dominus intrabit cameram, & missus similiter intrabit. Si intrabit cellam vinariam, & ille similiter, & sic erit ei onerosus.

Non tamen missus possidet nec dominus de possessione eiȝcitur.

In re autem mobili facit tædium, nam si est missus in possessionem libri, cum dominus libri volet legere de treug. & pact. ille voluet folia ad titulum de iniurijs: seruabit etiam fructus & colet terram, vide Specula.

¶Si vero realis, tunc etiam multiplex est effectus

¶Primo.

Quia acquiritur misso actio ex illo edicto ne fiat vi sei, &cæte:

Nam

Nam hoc edictum pertinet ad omnes missos in possessiõem, ff. ne vis fiat ei q in poss. l 1. para. 1.

¶Secundo.

Quia statim incipit possidere vere, non tamen incommutabiliter, quia si reus intra annum venerit, restituetur ei possessio, vt c. quoniam, para. in alijs, ex. vt lit. non contest. & C. de præscrip. 30 vel 40. annorum, l. Si quis emptionis, para. pe. ex. de eo qui mitt. in posses. causs. rei seruandæ per to.

¶Tertio.

Quia est eodem modo supra fructus, vt supra in personali.

Quia locat, percipit & custodit & quandoque vendit fructus, vt in personali actione iam sup. diximus, vide Specula.

¶Sequuntur annotationes circa prædicta

¶Prima.

Missus in possessionem ex primo decreto qđ si non admittitur ad possessionem iuxta mandatum iudicis, super hoc proditũ est ei auxilium, scilicet, Prætoris edictum.

Idq; siue missus sit in possessionem rei seruan. causs. siue vent. no. siue legatorum, ff. ne vis fiat ei qui, C. l. 1. para. est autem, & para. hæc verba.

Ex hoc autem prætoris edicto quadruplex surgit auxilium.

PRIMVM ipsum edictum est prohibitorium per quod prohibetur ne vis fiat ei qui in possess. missus est, ff. eo. l. 1. in princ. & parag. hæc verba.

SECVNDVM est iudicis officiū, cuius potestate induci debet in possess. seu per officiales, seu per milites ad hoc deputatos ff. eo. l. Si quis missus in prin. & l. Suo, & habet actor oppositionem qđ istorum beneficiorum malit eligere dic. l. Si qs missus & ff. in possess. legato. l. is cui para. missus.

TERTIVM est actio in factum ex eodem edicto procedens, quia fuit prohibitus, & datur missio in possessionē si expellatur, quia frustra in possessionem mittitur nisi missus defendatur.

QVARTVM est interdictum restitutorium quod competit cum ipsa actione, vt scilicet per illud restituatur in possessionem dic. l. Si quis missus, para. cum prætor.

Vide Spe. qui & alia remedia his adnumerat:

¶ Secunda.

Auxilia intra annum dantur ad interesse tantum, ff. ne vis fiat ei leg. 1. para. hanc actionem.

Actio tamen in factum duobus casibus perpetua est.

Primo, quando hæres datus de legato præstando prohibuit legatarios.

Secundo, cum prohibitus ex causa damni infecti fuit missus in possessionem, ff. de dam. infect. l. Si quis missus, para. actio ista.

¶ Tertia.

Si is qui passus est missionem, venerit intra annum coram Iudice, poterit recuperare possessiōem satisfacto tamen actori prius de damnis & expensis, ff. de bo. aut. iud. l. prętor ait, para. quod ait prętor, & para. itaqꝫ, & in fæpe. d. c. quoniam frequenter, ex, vt lit, non contest. vide Speculato.

¶ De Se

¶DE SECVNDO Decreto.

Hactenus veluti admonuisse sufficiat, quem admodum & qualiter primum decretum dicatur, quando & qualiter debeat interponi, in quibus rebus vel actionibus, a quibus iudicibus, & quis effectus.

Restat nunc videre de secūdo decreto. In quo hoc ordine rem tractabimus.

¶Ordo dicendorum.

Primo, Secundum decretum quid sit.

Secundo, qualiter interponatur.

Tertio, quando & intra quod tempus.

Quarto, in quibus actionibus & quo iure postuletur interponi.

Quinto. quis sit eius effectus.

¶Quid sit secundum decretum.

Est autem secundum decretum secundus susSus iudicis, quo iubet bona alicuius propter contumaciam possideri, quæ prius a primo decreto detinebantur: vt ex sequentibus patebit, extra. de eo qui mittitur in possess. causs. rei seruandæ, *c.i.* & ff. de damno. infect. lege Prætoris officium, & lege prætor ait, & lege si finita, paragra. Iulianus, C. vt in possessionem legator. lege certa est forma.

¶Qualiter interponatur secundum Decretum.

Secundum decretum secundum quosdam tantum locum habet in actionibus personalibus, quia secundum Bartolum in gloss. vltim. extra.

de eo q̃ mittitur in poss. c 1. in realibus solus lapsus anni constituit missum ex primo decreto verũ possessorem, nec est opus secundo.

Secundum alios tamen habet locum tam in realibus quam in personalibus.

De hoc plene not. Bart. in c. contingit, ext. de dolo & contu. in glos. vlt. & inf. in quibus actionibus vel rebus locum habeat secundum decretum.

Quare secundum vtramq̃ opinionem Spec. aliquas formas subijcit, lib. 2. par. 1 ti. de secundo decreto, para. nunc dicamus. Et primo cum personali actum est actione.

Si quis igitur missus est in possessiõem aliquarum rerum pro mensura debiti declarati, nec veniat absens intra tempus debitum, de quo inf. scilicet quando & intra quod tempus: tunc veniet missus ad iudicem, & bona in quæ missus est, petet sibi in solutum.

Ad quod hoc ordine proceditur.

¶Ordo & forma secundi decreti in actione personali

¶Primo.

Iudex ad hoc eum citabit, ff. quod cuiusque vniuers. le. 1. para. quod si nemo, C. de iud. Authẽ. iubemus. Nam vtraq̃ parte præsente debet interponi, ff. de dam. infect. l. dies, para. prætor ait, ext. de eo qui mitti. in poss. c 1. vide Spe.

¶Secundo.

Monebit eum Iudex, quod caueat de iudicio sisti: quod si paruerit cessat secundum decretum.

Si autem parere noluerit, interponat Iudex secundum decretum, q̃a contumacia pro præsentia haberur

habetur extra. de dolo. & contu. c. veritatis ff. de re iudic. l. contumacia.

Quod autem iterum facienda sit monitio, vt iam diximus, probatur C. de iud. Authen. Iubemꝰ ff. de iud. l. post edictum.

Verum si reus non reperitur, debet denuntiari in domo sua vel in vico, vt sup. diximus de Cita: & in sæpe dic. paragra. prætor ait, lege. dies, ff. de damno. infect.

Et si non venerit, vel si venerit & aliquid rationi consonum quo minus decretum interponi debeat, non proposuerit, Iudex secundum decretum interponere debet. Vide Speculatorem. Quomodo autem actor petitionem suam formabit, vide eundem hic.

Iudex iuratos ad hoc ordinet, qui omnium rerum inuentarium conficiant, & æstiment, æstimationem quoq; in actis redigant, sicq; decernẽt illi secundum decretum in solutum, cui ex primo decreto missio duntaxat decreta fuit caussa custodię.

Si autem non tanta bona ibi fuerint, vt satisfieri poterit, tunc iudex instantiam actori in futurum reseruet, iura in bonis debitorum, si quando ad pinguiorem fortunam venerit.

¶ Annotatiunculæ.

Illud autem circa secundi decreti interpositionem in personali actione annotandum est, quod interdum iudex decernat actori seu creditori decretum in solutum, quandoq; vero decernit ad vẽditionem bonorum.

Quare quæ sit differentia inter decretum in solutum, & inter decretum ad venditionem, sic habe.

Venditione decreta, & facta sentẽtia diffinitiua, nunquam reus auditur, C. de iud. le. properandum, para. Sin autem reus.

Verum decreto in solutum facto actori, auditur adhuc reus volens de iure suo probare.

Si vero non fuerit res creditori data, vel adiudicara, vel vendita, debitor potest recuperare rem suam in hac personali actione vsq; ad 30 annos, solutis actori impensis & interesse.

Et est ratio, quia creditor non vere possidet, vt sup. dictum.

¶Forma secundi Decreti in Actione Reali.

Porro si reali actiõe actũ est, scẽm eos qui secundum decretum necessarium esse dicunt etiam in actiõe reali, sic poterit iudex suam formare sententiam vel conclusionem, præmissa tamen decẽti actoris narratione & petitione: Ex isto die in antea ex secũdo decreto constituo te rerum prædictarum authoritate nostra verum possessorem, vel quod ex nostro decreto possis vendere. Vide Speculatorem. lib. 2. parte prima, titu. de secundo decreto, parag. nunc dicamus vers. vnde ex secundo decreto.

¶Annotatio.

Venditio post missionem quatuor requiritvt teneat, scilicet.

¶Primum.

Quod missionem passus latitet, dicitur autẽ latitare quando turpiter & fraudulenter se occultat vt euitet creditores, C. de bon. aut. iud. possess. l. cum

l.cum proponans,&l.pro debito.

¶Secundum.

Quod fraudandi cauſſa latitet ff. quibus ex cauſſis in poſſeſſionem, lege: Fulcimus, paragra. Cum hæc.

¶Tertium.

Quando de debito conſtet.

¶Quartum.

Quando tempus ſit præteritum dic.l.cum proponas, & ſi quid horum defuerit, facta venditio non tenebit, argu.d. paragra.cum hoc, vide Speculatorem.

¶Quando & intra quod tempus ſit interponendum ſecundum decretum.

Secundum decretum interponendum eſt, quãdo contumacia reſpondere vel cauere nolit ff. de dam.infect.leg.dies,parag.ſi forte.Idque poſt miſſionem in poſſeſſ.i. poſt primum decretum interponitur ſecundum de re danda in ſolutum, ſeu de venditione bono.fienda anno elapſo a tẽpore primi decreti.

Quia & hoc tempus ſtatutum eſt ad recipiendam poſſeſſionem in reali, C.de præſcript.30 vel 40 anno,l.Si quis emptionis paragra.pe.extra.de eo qui mitti.in poſſeſſ.cauſſ.rei ſeruand.per tot.extra.de officij.ordi.c.paſtoralis in fi.& extra.vt lit. non conteſt.c. quoniam frequenter in fi. paragra. in alijs.

Et hoc communiter doctores tenent: licet aliqui aliter ſentiant, vide Spe.

Quod si reus post primam missionem veniat responsurus, ante venditionem siue dationem in solutum, restituenda est ei possessio, restitutis tamē primo aduersario litis expēsis & damnis, quæ propter eius contumaciam pertulit, sacramento eius declarandis C. de iudic. lege Sancimus, C. quomodo & quando iudex. Authen. qui semel. ff. si seruus vendice: leg. is cuius, facta tamen a diudice taxatione, in Authen. de iud. para. oportet collatione. 6. Vide Speculatorem.

Verum si redeat post venditionem factum vel dationem in solutum, referens quæstionem de ipso debito & petat restitui in integrum, quia fuit absens & indefensus omnio, vel ex alia iusta causa, audiri debet. ff. de damno infecto: lege. si finita paragra. postea.

Secus si fuerit præsens vel absens ex voluntaria causa, vel si absens redierit iudice adhuc sedēte pro tribunali, ff. de integ. resti. le. diuus & 2. q. 6 c. biduum vers. palam.

Si autem vocatus simpliciter dicat, non satisdabo & ita efficitur vere contumax, nullum est tempus expectandum ad interponendum secundum decretum, cum in certis non sit locus coniecturæ, ff. de verbo, oblig. Continuus.

¶ ET in summa aduerte hic quod secundum decretum propter contumaciam rei interponitur quandoque ante litis contestat. quandoque postea. Nam cum petij rem aliquam, quam dico ad me iure dominij spectare, aut lis est contestata aut quasi contestata, vel nullo modo contestata.

Item

Item aut liquet de causſa, aut non liquet, nec liquere poteſt.

¶In quibus actionibus vel rebus locum habeat ſecundum Decretum.

¶Primo

Regulariter in omnibus actionibus perſonalibus locum habet ſecundum decretum. C. de iud. l. properandum, para. ſin autem, ff. de re iudi. l. a diuo pio. para. 1. ex, vt lit. non conteſt. c. quoniam frequenter para. ſi.

Sed fallit in conditionalibus. Nam licet in eis primum decretum locum habeat, ſcilicet, vt mittatis in poſſ. ſi ille cauere non vult ff. de act. & oblig. l. is cui: ſecundum tamen interuenire non poteſt, quia nihil debetur, ſed ſpes eſt debitum iri.

Et hæc etiam in ſtipulationibus conditionalibus, inſti. de verbo. obliga. para. ex conuentionali ſtipulatione

Item locum habet in cauſſa damni infecti, in qua ſi quis nolit cauere, fit miſſio in poſſ. bonorū ex primo decreto ff. de dam. infect. l. prætoris officio, & l. ſi finita, para. Iulianus, & para. penul. C. vt in poſſeſſ. lega. l. certa, ff. vt in poſſ. leg. l. 2. & ff. vt leg. no. ca. l. 1.

Et ſi plures ſint, omnes mittentur d. l. ſi finita. para. cum autem. Vide Spe.

¶Secundo

In duplicibus iudicijs vel actionibus, ſ. famil. herciſ. cōi diui. fi. reg. Si aduerſarius ad diuiſionem venire detrectat ſimiliter præſens mittet in poſſ. nō obſtātibus opinionibus cōtrarijs, q̄ duæ ſunt.

¶Prima

Prima quod fiat missio in his pro ea parte q̃ præsens iurauerit suam esse pro diuiso & non pro indiuiso. Absurdum enim eẽt, quod plus ei quam petit assignaretur, Vnde cum solum partem petat, non sibi assignabitur tota res pro indiuiso sed solum pars. Vide Spe.

Secunda q̃ frequentior est, q̃d actor debet mitti in possess. totius rei communis pro indiuiso, & missus medietatem fructꝰ percipiet in re sua, alia vero medietas seruabitur pro arbitrio iudicantis.

Non enim videtur, quod iudex possit diuidere in præiudicium absentis, C. famil. hercis. l, cohæredibus

Præterea alia ratione videtur quod nõ debet iudex diuidere. Nam per diuisionem vel adiudicationem trãsfert dominium, insti. de off. iud. in fi, et quia sic feret sententiam diffinitiuam, lite non cõtestata, quod non debet fieri. Vide Spe.

¶ Tertio

In seruitutibus vrbanis vel rusticis interponitur secundum decretum, si reus a quo seruitus petitur vocatus non veniat nec defendatur

Sed hac distinctione, quia actor vel agit confessoria vel negatoria.

Confessoria in quasi possessione illius seruitutis.

Negatoria, quia dicitur nõ deberi seruitutem in illa re, & is qui sibi deberi asserit non comparet nec defenditur: iudex pronuntiabit interponendo secundum decretum, non diffinitiue, cum lis sit contestata illum non debere seruitutem, donec q̃stio terminetur ff. de non. p. pe. nunc. l. Si priusquã ff. de dam. infec. l. a quo ff. Si seruitus vendicetur. l. is cui familia ff, de aqua quotidia. q̃sti. l. si de via

Vel

Vel melius dici potest secundum Speculatorem, quod non fit missio in poss. quia non potest, sed cauebit de non molestando, vt not. ex. de eo q mit. in poss. c. 1.

Quod autem sit officium iudicis in ferendo sententia diff. super seruitutem & qualiter eam formabit, colligitur ff. si serui. vend. l. harū & lege ei. Vi de Speculatorem.

¶Annotationes circa hanc materiam.

¶Prima

In personalibus actionibus lapsus anni nō facit missum possessorem sine secundo decreto

Imo etiam post annum audietur reus sup possessiōe d. l. si diffinita, para. si qs aūt, & para. Iulianus scribit, & ff. de rebus eorum qui sub tut. vel curat. sunt l. 3.

Et dicunt quidam, quod si conuenio debitorē meum personali actione, aut probo quod latitat nec vult venire, quod tunc bona eius debeant vēdi & mihi satisfieri C. de bo. aut. iudi. poss. l. cum proponas, & authen. ibi posita. Si non probo, ero in possessione.

In realibus autem, vt in rei vendicatione & alijs interponitur secundum decretum, quia solus transitus vnius anni sine sententia facit aliquē verum, i. incommutabilem possessorem computato illo anno a tempore interpositionis primi decreti, ex. de dolo & contu. c. contingit de off. ordi. c. pastoralis in fi, & in dic. c. qm̄ para. in alijs, C. de prę scrip. 30. vel. 40. anno. l. si quis emptionis, para. fi. ex. de eo qui mitti. in poss. rei ser. pet to.

Præterea agens reali dicit se dominum, nec inten-

intendit ad dominium, quia quod suum est amplius suum fieri non potest, ff. de verbo. oblig. l. nemorem suam.

Sed intendit solum ad possessionem seu restitutionem ff. de re iudi. l. officium, & l. restituere, C. de alie. iud. mutan. caus fact. li. 1. Vide Speculatorem.

¶ Secunda

Ratio tamen diuersitatis quare secundum decretum interponitur in personalibus & non realibus, secundum quosdam (vt sup. diximus) hęc est: quod agens personali petit sibi dari aliquid quod suum non est, insti. de acti. para. appellamus, & in principio tituli para. nanq;

Et dare, est accipientis facere, ff. de verbo. oblig. l. vbi autem, para. fi.

Si igitur non det, vtile est interponi secundum decretum, per quod fit missus dominus, vel saltē acquirit causam vsucapiendi

At is, qui agit rei vendicatione, non petit rem sibi dari, sed eam seu eius possess. sibi restitui, vt supra, quia se rei dominum dicit, vnde cum per primi decreti interpositionem nanciscatur possessionem, vt supra diximus, iam adimpletum est eius desiderium per primum decretum & habet quod petit nec secundum inteponitur, quia hoc tunc superfluum esset, Vide Spe.

¶ A quibus iudicibus & quo iure postuletur secundum Decretum.

Secundum decretum potest interponere is iudex qui & primum potest interponere ex. de eo q mitt. in poss. cau. rei seruan. per to. De offi. deleg. c. ex

c.ex literis. Qui autem sint iudices qui primum interponere possunt, vide sup. Sunt tamen q contendant solum posse interponi ab ijs qui merum vel mixtum imperium habent, vt sunt ordinarij, prætores, præsides, & huiusmodi alij arg. in Authen. de exhiben. & introducen. reis, para. si vero ff. ad municipia. l. eam quæ. ff. de dam. infec. l. dies cautioni. para. si forte. Nam mittere in possess. magis est imperij quam iurisdictionis, ff. de iuris. omi. iudi. l. iubere.

Porro secundum Specu. actor postulabit secũdum decretum interponi per actionem in factum arg. ff. de dam. infect. l. inquilino. quia non est expressum de noïe actionis, vt ff. de præscrip. verb. l. quo. Alij autem dicunt vt Roff. & cæteri quod iudicis officio (quod datur loco actionis deficientis) quod magis placet arg. de iurisd. om. iud. l. 1. Et expone in d. l. inquilino. Actio. i, ius q̃ cautio petitur. Simile de actio. & oblig. l. actionis verbo & arg. ff. de succesſo. edicto, l. 1. para. decretales.

¶Secundum decretum tres habet effectus.

¶Primus

Et is quidem vehemens & magnus, quia p illud aliquando dominium acquiritur & cõtumacis superbia et dura ceruix refrenatur, ex. vt lit. nõ cõtest, qm̃, in fine, & de eo qui mit. in poss. cau. rei seruan. c. 1. Vide Spe.

¶Secundus.

Per

Per hoc habet creditor, cui res in solutum data est, iustam caussam possidendi & præscribēdi, siue debitor fuerit dominus rei possessæ siue non, & vsucapit etiam sciens rem datam in solutū fuisse alienā ff. de publicia, l. sunt et alieni fi. ff. de noxal. actio. l. & generaliter, & not. ex. de re iudi. c. abbate, li. 6.

Et est ratio, quia iuste possidet qui prætore authore possidet. ff. de acqui. poss. l. iuste.

¶Tertius

Per hoc venduntur quandoq; bona, vt supra notauimus. Vide Spe.

¶De comparitione in termino.

Supra de contumacibus & qualiter cōtra eos procedatur quantum iuris tyronibus sufficiat, satis dixisse videmur.

Sed quia vocati plerumq; obedientes sese exhibent & comparent. Ideo nunc recte de tali comparitione ponemus, idq; hoc ordine

¶Dicendorum ordo.

Primo, quæ communia sunt actori cum reo.

Secundo, qualiter vel actor vel reus per se cōpareat

Tertio, qualiter vterque per procuratorem.

Quarto, ordo a iudice in cōparendo tenēdus.

¶Tria actori & reo communia in comparendo.

¶Primum

Est regulare, quod tam actoris quam rei fiat præsentatio. Siquidem actor non comparēs in termino, iacturam facit & termini illius & expensarum

satum, maxime reo comparente.

Si vero reus non compareat & contempserit iudicem, proceditur contra eum vt supra

Præterea si actor non compareat, neque reus, & iudex reum citatum cõdemnet in expensis: potest reus postea dicere se iniuste esse condemnatum, q̃d nec actor in termino apparuisset, vt not. ex. de dolo. & contu. c. actor. li. 6.

¶ Secundum

Talis p̃sentatio & comparitio & rei et actoris redigatur in scriptis, quia si non scriberet sic appareret actoris comparitio, & reus propter suam contumaciam condemnaretur, talis sententia eẽt retractanda

Quia iudici non creditur nisi quatenus constet legitimis documentis, ex. de probationi. c. q̃niam contra

¶ Tertium

Nullus comparentium, siue reus siue actor, recedat sine licentia iudicis alioquin contumax reputaretur, 11, q. 3. c. certum

¶ Qualiter actor vel reus per se comparere debeat.

Comparens per se si est actor, tunc cum literis & instrumento citatiõis in termino, iudice pro tribunali sedente, aduersarij contumaciam & absentiam, si absens & contumax est, accuset, C. de iud. l. properandum. para. & si quidem, & petat eum reputari per iudicem contumacem, vt supra de contumacia. Quæ singula curet redigi in actis.

Verum si reus compareat, actionẽ suam iudici proponat, & inuigilat, iudicemq; solicitet instanter super suo negotio

Instantia enim mater est artium, & eruditionis nouerca negligentia. 83. distinct. c. nihil

Insuper videat vel suus aduocatus, quod iudicium non sit delusorium, vtpote non constans ex tribus, scilicet, iudice, actore & reo. 4. q. 4. c. 1.

¶Si vero reus, procedatur hoc modo: Nō statim consentiat in iudicem, sed protestetur quod in eum aliter non consentiat quam de iure teneatur.

Protestetur, quod cōpareat saluis omnibus exceptionibus dilatorijs & peremptorijs sibi competentibus & competituris, ex. de dilatio. c. fi.

Si est iudex delegatus, petat sibi copiam fieri suæ iurisdictiōis ex, de off. deleg. cum in iure. Quæ sibi fieri debet cum die & cum sole. Et si denegata fuerit, poterit appellare. Data autem, iam commissionem impugnet si potest, vt sup. ostendimus de rescript. c. impugnatione

Petat terminum pro aduocato quærendo, si eum non habeat vel duxerit, quem si iudex denegauerit appellet, vel terminum deliberandi

In termino sibi præfixo libellum sibi porrigi petat. 3. q. 3. c. inducíæ para. offerat. ex. de libel. oblata. c. 1. Quod nisi fiat appellet, nisi sit talis casus in quo non sit offerendus, vt infra dicemus de libelli oblatione

¶Qualiter fiat comparitio per procuratorem

Comparens procurator actoris, repræsentet procuratorium suum vel mandatū, & faciat hoc in actis redigi

Videat, si reus per procuratorem compareat quod si sic, inquirat de mandato

¶Comparens vero procurator rei, petat & ipse

ipse copiã procuratorij, procuratoris actoris, l. licet. C. de procurato.

Petat inducias ad deliberandum vel proponendum exceptiones tam contra principalem q̃ contra procuratorem comparentem, & alios sibi competentes contra quascũq; personas alias pro actore comparituras vt aduocatos, &c.

Verum qualiter & quando proponentur huiusmodi exceptiones, infra de exceptionibus dicemus.

¶Annotatiuncula

Post q̃ vel actor vel reus per se vel procuratorem comparuerit, sine iudicis licentia non recedat ex. de iudi. c. 3. 11. q. 3. c. certum

¶Officium Iudicis in arduis negotijs, & ordo ab eodem in comparitione tenendus.

¶Primo

Post comparitionem per se vel per procuratores procuratorijs siue mandatis exhibitis, iudex vtrique parti præfigat terminum ad dicendum et dandum in scriptis, tam contra mandata, quam contra procuratoria hincinde exhibita, seu cõtra partes, seu contra missionem si facta est.

¶Secundo

Adueniente termino eisdem dato, & comprobatis & admissis mandatis, si libelli parati non sint, datur terminus ad dandum & recipiendum libellum

Verum si libellus paratus sit, iudici offeratur & notario, & notarius de mandato iudicis det copiam illius reo,

¶Tertio

Præfiget reo terminum ad deliberandū, vtrū velit cedere an contendere

¶Quarto

In termino deliberatiōis dato roget iudex ex reo, si velit cedere vel non.

¶Quinto

Si voluerit contendere, tunc iudex compellet eum ad respondendum libello

Et hoc verum, si nullam proponat actionem

¶Sexto

Si reus non habeat aliquam efficacem exceptionem, tunc det ei terminum ad proponendum omnes dilatorias & declinatorias actiones, de q̄bus inf. suo loco

¶Septimo

Exhibitis exceptionibus rei datur actori terminus ad replicandum

¶Octauo

Exhibitis replicationibus, datur alius terminus reo ad duplicandum, si arduum sit negotium.

¶Nono

Ex euidenti causſa datur interim alius terminus actori ad triplicandum.

¶Decimo

Sic datis communiter exceptionibus & replicationibus, iudex dabit partibus terminum ad audiendam interlocutoriam super ipsis exceptionibus & replicationibus

¶Vndecimo

Data interlocutoria pro actore, reus compellitur litem contestari, et statim postea iurare de calumnia

¶Duodecimo

Quo facto iudex statim vtriq; parti dabit terminum ad ponendum

Et si arduum est negotium, post illū dabit alium terminum peremptorium ad rñdendum

¶Decimotertio

In curia Ro. & plerisq; alijs locis dantur positiones hincinde, vt partes deliberare possint sup responsionibus faciendis

In multis tamen locis non datur positionū copia parti ab aduersa parte, sed tantum aduocato partis aduersæ oñditur, vt videat si sit ibi aliq; contrarietas implicita vel impertinens cui non debeat respondere, & præfigitur terminus ad dandum articulos, siue (vt vocāt) ad articulandū. Subinde debitis & distinctis terminis, & ad respondendum articulis, ad producendum omnia, ad dicendum contra producta, ad declarandum & dicendum contra declarata, ad renuntiandum, ad concludendum, & ad audiēdum iudicis motiuum, vt sup. notauimus in prin. vbi decem terminos substantiales iuris expressimus

¶DE LIBELLI OBlatione.

Viso qualiter vocatus debeat in termino cōparere, videamus de libelli oblatione

Quia vocato & citato comparente, ante oia post Citationem libellus est offerendus, 3.q.3.c. inducię para. offeratur

Imo etiam si a reo non peteretur, iudex ex officio suo facit eum dari. c.1. ex. de libel obla.

Et est iste vnus casuū, in quo iudex replere potest defectum

Ratio autem quare iudex hoc possit, duplex assignatur, vna ne sibi illudatur, quia aliter iudicium nullum esset & non teneret

Altera, quia causa quæ in libello inserenda est, fundamentum est litis, ex. de libel. obla, c. fi. C. de edend. l. edita, & ex. de verborum sig, c. forus para. causa

¶ Quia autem dictum est ante omnia comparenti libellum fore offerendum, non excludi intellige quarundam curiarum laudabilem morem: quæ scilicet in more habent, vt añ omnia factum verbo proponatur, ex. de iud. c. pastoralis, et de litis contest. c. vnica

Quo facto statim reus interrogatur super proposito facto, qui si confiteatur, statim ei præcipitur vt satisfaciat

Si vero negauerit, iubetur actor dare ipsi reo neganti libellum

Per hūc, inq̄, laudabilē morē possunt sumptꝰ minui et expensæ vitari. Qđ summopę iudicibus adnitendum, ex. de do. & cōtu. c. finem ff. si certū petatur l. quidem ff. de aq̄ plu. arcen, l. in summa.

Actoris ergo aduocatꝰ, reo se defēdere volēte triplicatū libellū hre debet paratū, vt Spe. cōsulit

¶ Officium aduocati actoris circa libelli obla.

Aduocati actoris officiū circa libelli oblationem est, vt triplicatū habeat libellū. Primum sibi reseruet, & legat, vt negotium ex ea dirigat

Secm offerat, qñquidē snīam ex eo formabit

Tertium iudex vel notarius reo offerat.

¶ Officiū aduocati rei in libelli oblatione.

Rei aduocatus, vel ipse reus priusquam libellū recipiat, curet & faciat p iudicē actorē cauere & satisdare: qđ dic vt inf. de satisda. dicturꝰ sum.

Quo facto libellum recipiat sub hac protestationis forma: Salvis omnibus exceptionibus, & defensionibus mihi competentibus, tam contra iudicem quam contra partem, quam contra libellum vel rescriptum, & quibusdam alijs dilatorijs & peremptorijs recipio, vt inf. latius dicemꝰ Qualiter & quomodo, sc3, libellus porrigatur.

Et hanc protestationem faciat in actis redigi, si vult, ad maiorem cautelam: qñquidem ad hanc necessario non tenetur, nã & ea neglecta vel omissa, nihilominꝰ proponere eas poterit ff. de iud. l. nõ videtur, & C. de prob. l. exceptionem.

¶ Iudicis officium in libelli oblatione.

Libello recepto, Iudex eum legi faciat presente reo vel eius procuratore. Et lecto, roget ex reo vtrum sciat vel credat quæ in libello cõtinentur.

Et si reus cõfidit de iure suo, & vult vitare maiores expensas, potest statim litem contestari, & respondere confitendo vel negando.

Sed quia raro id contingit, nam sibi sæpe competũt defensiões & excusatiões ante lit. con. quare cõsultius agit, quod petat terminũ ad deliberandũ vt sup. diximus: an, sc3 velit cedere, an cõtendere.

Quod si sibi a iudice denegetur, a iudice potest appellare, vt inf. de appel. latius dicemus.

Argumentũ aũt sumus hoc ordine declaraturi

¶ Præsentis argumenti ordo.

1 Quid libellus, & vnde dicatur.
2 Quot species libellorum.
3 Quot modis accipiatur libellus,
4 Quid continere debeat.
5 An sit de substantia iudicij.

6 An possit mutari vel emendari.
7 Quis sit eius effectus.
8 In quibus caussis offeratur vel non.
9 A quo & cui.
10 Quando & vbi.
11 Qualiter concipiatur.
12 Qualiter porrigatur, recipiat, & impugnet.
13 De cautelis circa libellum adhibendis.

¶Quid sit libellus.

Libellum multipliciter definiunt. Speculator sic: Libellus est breuis membrana, actoris petitionē, & eius caussam & actionem complectens.

Alij vero sic: Libellus est scriptura breuis, intentionem, caussam, & petitionem actoris continens, contra aduersarium necessario inferens & cōcludens, vt l. ampliorem, C. de appell. para. 1.

Et ideo Iohan. de lig. dicit: quod libellus sit iurisconsultorū syllogismus, vt sup. latius ostēdimus

Et dicitur libellus a libro diminutiue, quia breuis scriptura vel charta vel membrana, vt sup.

¶Quot species libellorum.

Duæ species libellorum, quandoquidem alius accusatorius, alius Conuentionalis.

Accusatorius, q inscriptio nuncupatur, s q 1 c: legum & q 8. per totum.

Conuentionalis seu postulatorius, qui in Ciuilibus caussis porrigitur, ex. de libell. obla. c 1. & c. fi. & in Authen. de litigio. colla. 8. para. si vero & de exhib. & introdu. re. para, illud quoq; colla. 8.

Et iste libellus plerumq; vocatur sine addito.

Libellus quandoq; dicitur petitio, ex. de lit. nō contest. c 1. & elect. c. dudum, &, para. licet ante.

¶Quot modis accipiatur libellus

Libel-

Libellus primo dicitur paruus liber vel codicillus,ff.de tab.exhib.l 1.in prin. & ex.de ſum.tri. & fi.catho.c 2.in princ.

Secundo dicitur panis azymus ſeu ſubcinericius,C.de epiſ.aud.l.iudices. Vbi textus dicit, quod incarceratis debet dari. libellus tribus aut duobus diurnis.

Tertio,preces principi oblatę,C.quãdo libell. princi.da.fac.lit.conteſt.l 1.& 2.ff.de arbi.l.non diſtinguemus,para.cum quidam.

Quarto,iudicis delegatio,ff. de officio procõ. l.nec quicquam,para.vbi.

Quinto,ſcriptura demandatoris,C. de præd. & alis reb.mino.l.minores.

Sexto ſcriptura recuſatiõis,C.de iud.l.aptiſſ.

Septimo,ſcriptura quam vir mittit vxori,quã repud.aut ex.in procœmio decret.& 34 q 2.c.ne ſatis in fi.

Octauo,ſcriptura appellationis,ff.de appell. l 1.para.fi.2 q 6.c.Si quis libellum.

Nono,ſcriptura ,quam iudex dat appellãti,q̃ etiam communiter appellamus Apoſtolos, ff.de libell.dimiſ.l 1.ex.de appell.c cordi.

Decimo,ſcriptura infamatoria, 5 q 6.c. hi qui &c.ſi quis,&dicitur libellus famoſus,C. de libell. famo.

Vndecimo,libellus conuentionalis,vt hic,& Inſti.de act.para.triplici,in Authen. de litig.para. ſi vero.colla.para.& exhibi.& introdu.reis,para. illud quoq;,ex.de libell.obla.c 2.

Et de hoc libello hic tractabimus.

¶ Quid continere debeat libellus ¶ Primo.

Nomen actoris, arg. de elect. c. querelam, ff. de peculio, l. Si procuratore, ff. de iud. l. in trib.

¶Secundo.

Nomen rei, dic. l. in tribus & C. de eden, l. fi.

¶Tertio.

Nomen Iudicis, 2 q 8. c. perscripta. para. libellorum, vt sciatur an sit competens, l. non.

¶Quarto.

Nomen actionis secundum aliquos, sed dic vt sup. declarauimus de actione.

¶Quinto

Res petitas quæ exprimēdæ sunt in libello, ex. de libelli obla. c 2. ff. de rei vendica. l. Si rē, para. fi.

Vide Specu. lib. 2. par. 1. de actione seu petitiōe para. sequitur, vbi de quantitate petendi distinguit

¶Sexto.

Locum vbi actum vel cōtractum est, ff. de censibus, l. for. 2 q 8. c. perscripta, para. libellorum.

Sed hoc hodie admodum non est in vsu.

¶Septimo.

Diem quo offertur, vt sciatur an XX dies effluxerint, Authen. de exhiben: & introduc. reis, parag. suscepto. ¶Octauo.

Annum, mensem, & nomen principis cui illa prouincia subest, C. de iud. l. properādum, para. 1.

¶Annotatio

¶Et generaliter libellus tria principaliter continere debet, scz causſam, obligationē, & actiōem.

In qualibet enim actione hæc tria conueniunt, scz factum siue causſa, vt emere & vendere & similia, hæc enim facti sunt.

Item obligatio ex illo facto descendens. Quia obligatio est iuris vinculum. Inst. de obliga. in prin.

Tertio

Tertio actio ipsa ab obligatione tanquam a matre descendens.

Nam actio est ius persequendi, &cę. Inst. de actio in princ.

Formulas autem libellorum vide varias apud Specu. lib. 4. par. 1. per to.

¶Quare sit offerendus

¶Libellus est offerēdus. Propter actorē, vt ius suū declaretur. Propter reū, vt deliberet an cedere vel contēdere velit. Propter Iudicē, vt sciat qualiter debeat formare sentētiā, q̄ sc̄m petitiōis formā est ferēda, ex. de symo. c. licet heli. de qbus sup. dixim.

¶Quinq; opiniones an libellus sit de substātia iudicij, & an remitti possit, vel non ¶Prima.

Est Azonis, q̄ nō sit de substātia iudicij, vt colligi. pōt, 11 q 1. c. Si qs cum clerico, ex. de dol. & cō tu. c. prout, & q̄d exp̄ssē remitti possit, C. de priuil. Schol. l. q̄ties. li. xij. ¶Secunda.

Est Inno, 4. Quod sit de substātia iudicij, & eo omisso nō valet q̄d fit arg. ex. de proba. c. q̄m cōtra C. de lit. cōtest. Authē. offerat ex. de libel. obla. c. 1.

¶Tertia.

Est Vinc. & Accur. q̄ dicūt tacite posse remitti sed expresse nō, sicut & iuramētū de calūnia, C. de iura. calum. l 2. para, sed quia.

¶Quarta.

Est Odoff. q̄ dicit, q̄d expresse remitti pōt, sed non tacite, C. de senten. & interlo. om. l. prolatum.

¶Quinta.

Est cōis & melius sentētiū, q̄d nec tacite nec exp̄sse remitti pōt, & hæc ē cōformis sc̄dę, q̄ est Inno.

Quia

Quia non tacite, ne videatur allegare aliquid per ignorantiam fuisse omissum, quam nemini p̃ tendere licet ordine iuris omisso. In Authen. In medio litis non fieri sa. para. fi. colla. 6.

Item nec̃ expresse d. l. 2. C. de iura. calum. & arg. ff. de procu. leg. filiusfamil. para. veterani, ex. de test. c. tuis.

Vnde si actor omisit dare libellum, & post litis contestat. petat illum offerri, non est audiendus.

¶ An actor põt à libelli prosecutione desistere.

Actor re integra indistincte secundum Specu. a libelli prosecutione desistere potest. C. vt nec in su. age. vel accu. cog. per tot.

Nisi cum reus per iudicem vel excutorem sit conuentus, quia tunc Reo instante vel postulante necesse habet litem perficere. C. quomodo & quãdo iudex. Authen. qui semel.

Vide plenius Hostiensem in Summa in ti. De libelli obla. para. vtrum post.

Libellus autem accusatorius oblatus recusari potest etiam post conuentionem sine pœna. 2 q 3 c. Si quem pœnituerit, & c. Si quis iratus ff. ad Turpil. leg. quæsitum ff. de in ius vocando leg. libertus

Tenetur tamen libellum iniuriarum porrigẽs quia infamauit eum cui perrexit ff. de iniurijs, l. item apud, para. si quis libello.

Et hoc ante inscriptionem. Nam post non põt pœnitere, nisi in casu 3 quæ. 2 c. Paulum ex. de accusa. c. licet. C. de abol. l. fallaciter.

¶ An libellus possit mutari, vel emendari.

Libellus mutari, corrigi, emendari potest: tamen

men hac distinctione.

Ante lit.contest.& post vsq; ad iuramentum de calum. mutari potest & emendari vel corrigi: siue sit de clausula saluo iure addendi vel minuēdi siue non,C.de eden.leg.ædita.Insti.de acti.parag. Si nimius,vt petij viginti num.peto decem,vel econuerso.

Post iuramentum calum. si plus est petiturus non potest mutari.Si minus,potest mutari,quia in maiori quantitate minor continetur.ff.de regu.iuris. nisi dolo ab initio quantitatem expresserim, tunc enim si petij & cautiōem exegi.cado.a caussa,C.de plus peti,leg.vnica.extra.eo.c.vnico,vi de Speculatorem.

¶Quis sit effectus libelli.

Quatuor priuarij effectus libelli.

1 Scdm eius formam sententia eius dictatur a iudice ex.de accus.c.qualiter &de symo.c.licet heli.

2 Perpetuat actionem annuale, quando princeps ad illum rescribit.C.quando lib.princip.obl. h.i.&2.Secus si alij iudici offeratur ff.de acti.&ob li.l.constitutionibus.

3 Facit rem litigosam secuta denuntiatione, C.de litigios. Auth. litigiosa,ex.vt lit.pend.p to.

4 Interrumpit præscriptiōem, etiam si nullam causſam vel saltem vnam ex omnibus continet, C.de præscript.30 vel 40 anno.le.Sicut in rem.C. de anna.excep.l.Si ex multis.

¶In quibus causſis offeratur libellus,vel non.

1 Regulariter in omni causſa, & vbicumque vel coram quocunq; iudice offerendus est libellus nisi in casibus hic sequentibus.

2 In

2 In omnibus cauſſis, in quibus nō ſeruatur ordo iuris, de quibus in principio dedimus tabulam, quam vide.

3 Quando cauſſa eſt vilis, quia modicæ ſummæ. Cauſſa enim minor duobus aureis eſt vilis ff. de dol. l. ſi quis oleum & l. ſequenti. vel eſt vilium perſonarum & inopum: quæ autem ſint tales vide l. humilem, C. de inceſt. nup.

4 Quando epiſcopus cognoſcit de cauſſa ciuili inter clericos ſibi ſubiectos, in Authen. vt cleric. apud propri. epiſ. con. in prin. col. 6. ii. q. i. c. Si quis Vide Specul.

5 Quando epiſcopus audit accuſationem iudicis fugientis, ne reddat rationem, q captus eſt. In Authen. vt iud. ſiue quoq; ſuffrag. parag. neceſſitatis col. 2.

6 Qñ agitur in modum inq̃ſitionis, aliquo denuntiāte, ex. de reſt. c. cum olim. Et hic caſus cōprehenditur inter iſtos, ſu. in tabula, in quibus ſcilicet non ſeruetur ordo iudiciarius, Vide Specu.

7 Si agatur de beneficio authoritate apoſtolica obtinendo. Nam tunc litera apoſtolica poteſt eſſe loco libelli, nec iudex habet neceſſe alium libellum recipere, ex. de præben. c. cum ſecundum apoſtolum. para. ſi. & c. i. & 2. De reſcript. c. ad aures. Vide Specu.

8 Si agitur de minus canonice obtentis ſine diocœſani conſcientia. 16. q 7 c. nullus ext. de iuſti. c. 3 Vel ſi agitur de diutiua vocatione, vel aliis grauaminibus eccleſiarum, q̃ diocœſanus ex officio ſuo habet corrigere, quando & ipſe ex officio procedit. ex. de eccleſ. benefi. c. vnico.

9 Vbicunq; de plano iudicis officium expeditur, ſecundum Accurſ. & Roffen.

10 Si

10 Si partes in hoc consenserunt & se arbitrio iudicis supponant, C. de priuileg. Schol. l. quoties, in fin. Sed si talis negotij sit vtilitas, lib. XII. Vi de gloss. C. de episcopis: & cle. Authen. generaliter. Vide Specu.

11 Si in caussa matrimoniali ex officio proceditur, de quo supra circa princ. in tabula.

12 Cum tutor accusat de falso pro interesse pupilli: Idem de curatore, C. qui accus. pñt vel nõ, l. 2

13 Cum miles colonus efficitur, C. loca. lege: finali.

14 In accusatione apostasiæ, C. de apost. l. apostatarum, quod tamen Speculatori non placet.

15 In accusatione falsæ chartæ & falsi testis coram iudice producti. Nam & ibi Iudex sine accusatione punit, C. de probati. leg. pe. C. de testi. lege nullum.

16 In notorijs quibusdam ex officio procedit, ex. de iureiuran. c. ad nostrã. de accus. c. euidentia.

17 In accusatione falsæ monetæ, C. de fal. mo. lege. prim.

18 In crimine suspecti tutoris, ff. de suspect. tuto. l. 2. para. nõ tantum. Et in omnibus criminibus, vbi quis sine accusatore damnatur, extra. vt eccle siast. benefi. c. vt nostrum, vt & in crimine lenocinij, ff. de adulte. leg. 2. para. Si quis in publico, Vide Speculatorem.

19 Vbicunq; mulier admittitur ad accusandũ C. qui accus. non poss, l. de crimine.

20 Si sit de consuetudine quod non detur de certa re non dabitur, C. de priuileg. Schol. leg. fina. li. 12, in prin. li. XII.

21 Quando duo æque contendunt de possessione, & neuter vult libellare, tunc iudex interponat

vices,

vices, ne ad arma curratur ff. de vsufruc. l. æquissimum Respon. i. Sine libello receptis testibus adiudicabit possessionem clarius probanti, vetabitque alium vim facere. Vide Specu.

22 Quando missus in possessionem authoritate iudicis non admittitur ad eam, potest enim implorare officium iudicis extraordinarie, vt militari manu in possessionem iudicatur. ff. ne vis fiat ei quia in poss. miss. leg. 3 Respon. i. Vide Spec. de alijs remedijs.

23 Quando agitur contra ascriptitium fugitiuum C. de agric. & censi, l. Si coloni. li. XI.

24 Quando agitur actiõe in factum, q̃ ex re iudicata descendit, de qua habetur C. de reb. cre. leg. actori. Vide Specu.

25 Quando de possessione litigatur quocunq; modo, & hoc propter sui vtilitatem. C. vnde vi, l. momentariæ: Vide Spec.

26 Cum iudex dicit aliquem esse de sua Iurisdictione, & debere sibi sicut alij subditi obedire, id enim ex officio sententiali expeditur, ff. ad municipa. l. de iure in prin.

27 Cum quis edicto diui Adriani, vel ex constitutione Iustiniane quæ est, C. de edict. diui. Adria. tol. le. fi. petit se mitti in poss. Neminem vocat in iudicium, sed a iudice petit bono. possess. ff. de off. pro proconsul. leg. nec quicquam, para. vbi decretum. Vide Specu.

28 Quando petitur testamentem aperiri. Hoc enim ex officio extraordinem & sine dilatiõe expeditur ff. de appell. recip. l. fi.

29 Quando petitur Carboniana bo. possessio, vel cum mulier nomine ventris petit se in possess. mitti, quia tunc nihil petitur ab alio vel darivel fieri.

fieri. Nullus etiam in iudicium vocatur arg. sæpe alleg. authen. offeratur ff. de leg. præsti. De bonor. poss. con. tabu. pe. l. filium, para. Si quis: verū si qs se opponat necessarius erit. ff. de carbo. edict. le. 3. para. causſæ & para. duæ.

30 Quando agitur de eo quod factum est in loco publico, qui est in ciuitate. Nam de illo locū non habet interdictum. Ne quid in loco publico fiat, vel vt quod factum est tollatur. Et sic tunc non recurritur ad eius ordinarium, sed absq; libello expedietur. ff. ne quid in loco. pub. l. i. Si quis neminē Vide. Spec.

31 Cum postulatur cautio damni infecti secūdum quosdam, & hoc quia desiderat celeritatē, ff. de dam. infect. l. i. & quia iudicis officio expeditur ff. eo. l: 4. para. hoc autem iudicium.

32 In omnibus illis casibus secundum quosdā, in qbus summaria cognitio regrit q plures & speciales sunt, quos prosequere, & dic no. Spe. de off. om. iud, para. postremo, vers. 3 & 5.

33 Impetranda restitutione, qua impetrata cō petit recissoria secundum quosdam.

34 Cum agitur secundum quosdam in patrē & filium de patria potestate, super obsequijs præstandis, vel inter patronum & libertum. ff. de off. proconsul. lege nec quicquam paragr. plane. Hæc enim iudicis officio expediuntur. Vide Speculatorem. & d. leg.

35 Quando petitur dari tutor pupillo, vel curator minori. 25. annis. Et quando petitur interdici alicui prodigo bonorum suorum administratio, Vide Specu.

36 Quando officium iudicis, quod actioni derrahit, imploratur.

37 Cum vir intra LX. vtiles accusat. iure mariti, C. de adult. l. iure mariti, & leg. quamuis.

38 In criminalibus quæ per officiales denuntiantur. C. de accus. l. ea quæ.

39 In crimine abigeatus leg. vnica C. de abig.

40 In leuibus criminibus, ff. de accus. l. leuia: Leuia autem crimina sunt, vt abigeatus, furta domestica, furta modica, & secundum quosdam leues iniuriæ verbo illatæ.

41 Si Christianus accusatur eum Iudæa contraxisse, vel contra, C. de Iudæis le. ne quis.

42 Quando aliquis de necessitate iuris, prosequitur accusationem, ff. de his quibus vt indig. le. tutorem. Sicut hæres qui tenetur vindicare necem defuncti, vide Specu.

43 Qñ quis petit possess. rerũ petitarum, vel etiam pro modo debiti declarati propter contumaciam aduersarij.

44 Vbi petitur declaratio seu interpretatio alicuius clausulæ obscuræ vel ambiguæ ex officio superioris, ex. de verb. sig. c. in his & c. olim tibi.

45 In præiudiciali quæstione quando agitur. Vide Specu.

46 Vbi petuntur expensæ. Vide latius. Spe. q aliquot alios ponit: in quibus tñ est contradictio, quare hic omittemus.

47 Et generaliter libellus non offertur in casibus in quibus testes recipiuntur, lite non contestata: quos habebis inf. de testibus, nec in illis in quibus audientia denegatur, vide Specu. de appel. para. in quibus vers. XXII.

¶ A quo & cui offeratur libellus.

1 Libellus offeratur ab actore, tã in ciuili causa quam in criminali ex, de libel, obla, c. 1. ff. de. e-

den-

den.le.i.para.1.

2 Offerri vero debet iudici, extr. de libel. obla. c.i. In plerisque tamen curijs porrigitur reo, vt clare habet Authen. offeratur, C. de lite. contestata.

3 Offertur Reo etiam non petenti, siue ab ipso actore, siue a iudice, pro loci consuetudine.

4 Offertur in iudicio & vbi ius reddi consueuit, iudice sedente. Et hoc generaliter quocunq; coram iudice etiam arbitris. Quia arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta.

¶Quando & vbi offeratur.

Regulariter libellus offerendus est ante litis contestationem, cum sit fundamentum caussæ, extra. de probati. c. quoniam, & tempore quo iudicium exercetur.

Verum tamen in certis caussis, etiam die feriato potest offerri, quando iudicium non exercetur, ff. de adult. le. miles, para. sexaginta. Idem in c. fi. ex. de iud. in vltima glosſ.

Sed tunc datur solum iudici & non parti. Qñ gdē reo non offertur nisi in iudicio, vt su. dictū est:

¶Qualiter concipiatur libellus.

Verū, Cum libelli diuersimode, & sub diuersis verbis secundum varietatem regionum concipiātur, non potest certa præscribi forma. Sed quilibet suæ curiæ seruet morem, consuetudinem, & stilum. Nos consulto eam rem hic breuibus tractabimus. Poteris tamen videre Spe. li. 4. par. 1. tit. de libel. conceptione. para. iam nunc videndum, vbi aliquot formulas præscribit

¶Editor libelli tria potissimum curet.

Interim tamen hæc generalia notabis.

Primū, q̃d pauca & nō superflua ponat, cū plerumq;

rumq; in multiloquio error contingat, vt. 43 disti. c: Sit rector. Et melius est pauca vtiliter ostendere, quam multis inutilibus aures hominum prægrauare, C. de vet. iu. enucl. l. tãtum para. contrarium Graue enim est probare, & ad probandi onera venire. ff. de rei vend. l. is qui destinauit. Probari siquidem debent, quæ in libello inseruntur, C. de prob. leg. actor.

Secundum, quod ponat necessaria & vtilia, quæ scilicet probata, suam iuuent intentionẽ, ext. de iud. c. examinata.

Tertium, ponat generalia, vt in processu habeat plures vias, & plura diuerticula ad intentionem suam fulciendam, vide Specula.

¶Qualiter porrigendus sit libellus.

Libellus porrigatur Personæ legitimæ, nõ minori, sine tutore vel curatore, non canonico regulari vel monacho absq; sui prælati licentia, ex de iud. c. caussam.

Et si tutori dandus sit, videat aduocatus an sit sufficiens.

¶Qualiter recipiendus.

Recipiatur cũ protestatione, quod scilicet saluum sit sibi ius dicendi tam contra formam libelli, quam contra iudicem et contra actorem. vt suprà diximus.

Recipiatur quoque coram suo iudice, & non alio. Et cautione præstita ab actore. Vide Speculatorem.

¶Qualiter impugnerur libellus.

1 Si vnum illorum defuerit de quo sup. quid cõtinere debeat libellus.

2 Non valet si actor indeterminate petat ext. de li-

de libel.obla.c.2 & de dilat.c.literæ.

3 Non valet si agit criminaliter nec in eo se ad talionem obligat accusator, vt 2 q 7 c. quisquis.

4 Si non cõtineat nomẽ iudicis, actoris, rei, diẽ mẽsem, locũ, rẽ vt su. diximus, q̃ libellus cõtinere

5 Non valet coram iudice delegato (debeat. oblatus, si rescriptum sit surreptitium, vel ipse rescripti excedat limites, ex. de rescrip. c. dilecti c. Super literis, ff. mandati, l. diligenter.

6 Si non sit subscriptus, ex. de libel. obla. c. i. ibi roboratam. i. subscriptam, & in Authen. de exhiben. & introducen: re. para. sancimus.

7 Si contineat plura crimina, nisi sint sigillatim specificata.

8 Si post confirmatam electionẽ agit quos per modum exceptionis, nisi se obliget ad ali q̃ pœna extraordinariam, ex. de accusa. c. Super his.

9 Si agatur de crimine ciuiliter, non valet, nisi in libello ponatur iniuria facta, in q̃ loco vel mẽbro sit facta, vt iudex possit melius sententiã formare. Insti. de iniu. para. atrox.

10 Non valet si contrarias contineat actiõs, si sit conditionalis, si sit obscurus, vel nimiũ generalis: vt sic reus certificari nequeat, q̃ iure actor agere velit, ff. de eden. l. i. Vide Specu.

11 Si agatur nomine ecclesiæ per prælatũ vel syndicum, vel actorem, nisi noie ecclesiæ formet.

12 Non valet in actione reali, nisi res exprimatur, ex. de libel. obla. c. 2.

13 Si agat sup fundo q̃ propriũ nomẽ nõ habet nisi ad oculũ oñdatur, vt etiã locus vbi ẽ designet, vel si nomẽ habeat & illud non exprimatur.

14 Si petatur res & illa non exprimatur, an tota, vel pars, vel quota.

15 Si res mensurabilis petatur, non valet, nisi qualitas, & numerus mensurarum exprimatur, ff. de rei vendica. leg. si in rem ff. de petitio. hæredi. lege prim.

Et si actor sic incertum petat, & non specificet, reus absoluatur: ff. de actio: & obli. l. Arrianus ex. de proba. c. ex literis. Vide Specul.

16 Non valet in personali, si non exprimatur caussa in libello, ff. de excep. rei iud. leg. & an eadem para. actiones.

Alioqui non cogitur reus respondere vel recipere libellū. Si tū spōte recipiat vel rūdeat, valet.

17 Si non detur ante litiscontestationem, ex. de libelli obla. c. i. Nisi forte in causa reconuentionis, vide Spe. li. 4. par. 2. libel. concep. para. iuxta propositionis ordinem.

De cautelis circa libellum adhibendis.

1 Actoris aduocatus cautus debet esse vt secundum regionis morem, in qua degit, libellos componat.

2 Nisi valde sit peritus, semper in concipiendo libello, in quo est quasi vis caussæ, deliberet.

3 Caute agit, si ponat tempus oblationis propter interrumpendam præscriptionem, C. de præscrip. 30 vel 40 annorum, l. Si quis.

4 Si poterit, potius agat sine libello quam cū libello.

5 Si viderit & consideret libellum bene fore conceptum, faciat eum redigi. in actis', extra. de probat c. quoniam, ne deinceps reus possit cauillari eum fuisse mutatum.

6 Cautus sit actor, vt se nominet in libello dominum

minum rei,de qua agitur,puta canonicum vel rectorem talis ecclesiæ,de qua agitur.

7 In nulla actione reali debet quis dicere, peto mihi rem restitui, sed tantum peto rem ipsam, vel ipsam hæreditatem

Rationem vide apud Speculatorem

8 Cautus sit reus vel eius aduocatus, si res vel caussa vt prædictum est,non declaretur in libello: excipiat,non teneor respondere,quia res vel caussa ex qua petitur,non exprimitur

Et si iudex hanc exceptionem non admittat, poterit appellare ex.de libel.obla.c.fi..Vide Spe. para.ad huius,ti.prædicto

¶Protestationes generales libellorum.

1 Ad cautelam in libello protestetur sic: Saluo iure addendi,minuendi,declarandi,& q̃libet alio iuris beneficio

2 Protestetur quoq; hac vel consimili forma: Non astringo me ad oīa & singula in libello cō tenta probanda:sed ad ea solum quæ sufficiāt ad victoriam caussæ meæ

3 Potest & sic protestari,protestor de expensis faciēdis & factis,vt in his quæ not.ex.de dolo.& contumacia c.fiunt

4 Protestetur reus sic:Ista ita respondeo, nō tamen animo contestandæ litis,de qua protestatione no.ex.de appell.c.solicitudinem

Et addat:Saluo iure meo,& saluis oibus exceptionibus mihi competentibus

¶DE DILATIONIBUS.

Quia libello recepto datur dilatio ad deliberandum, vt sup. declarauimus. Ideo recte hinc de dilationibus videndum est.

¶Ordo dicendorum

1 Quid dilatio
2 Quot sint species dilationum
3 Dilationis conditiones
4 Quis ipsas dare debeat
5 Quando
6 Quibus & quoties
7 Qualiter

¶Quid dilatio

Dilatio ē temporis in caussa prorogatio, vel est tempus datū a lege vel iudice partibus, ad veniendum

Ex hac descriptione duplex colligitur dilatio

¶Dilatio duplex

Prima datur ab homine vel iudice. Secunda a iure vel lege, vt patebit inf. de feriis.

¶Quot species dilationum.

Dilationum aliæ sunt iudiciales, aliæ non iudiciales

¶Species dilationum iudicialium

¶Experiundoriæ, de quibus ex. qui ma. accus, poss. c. fi. & l. diffamari. C. de inge. manu.

Dictæ experiundoriæ, quia dantur vt intra tēpus experiatur litem, alioqui postea non audietur

Experiri autem quandoq; ponitur pro rñdere, seu defendere, quandoq; pro agere

¶Citatoriæ sunt, quæ dantur vocato ad caussam

sam,ad veniendum ad iudicem ante litem conte statam,de quib⁹ ff.de iudi.l.ad peremptorium & sequentibus,vsq; ad l.de qua re

¶Repræsentatoriæ,de quibus e x.de appel.c. personas,rñ.1.& c,Sæpe

¶Sistoria est,quia si conuenit quo die stetur in iudicio,standum erit:si autem non cõuenit, erit in arbitrio iudicis.ff.qui satis.cog.l.de die,in prin.

¶Defensoria est,quia si quis nomine alerius petat actionẽ sibi dari,debet satisdare de ipo defendendo in reconuẽtione,arbitrio boni viri,ff. de procur.l.Seruum,para.ait prętor

Et debet sibi dari dilatio,quæ ẽ,C. de fideius. lege pe.

¶Denuntiatoria est, qua petit dilatio ad denuntiandum aduersario.

Quia debet dari ea quæ est C.vbi de crí. agi. opor.Authẽ.Qua in prouincia & C. vbi in rem actio.l.2.

¶Electoria est, quæ datur ad arbitros eligendos,& hæc est trium dierum,vt C.de iudi.l.apertissimi,& l.fi.

¶Inquietoria est,si quis dicat iudici:Domine talis mihi intendit quæstionem facere & mouere cum voluero iter arripere recedendi.Vnde iubeas ei si quicquam vult dicere, vt dicat intra certum tempus

Et hæc dilatio non est a lege statuta, sed iudicis arbitrio committitur,C.de ingenu.manu.l.dif famari,& est similis experiundoriæ

¶Inchoatoria,est duorum mẽsium,C. de lit. contest. Authen.libellum.

¶Reuocatoriæ dantur ei qui ius habet reuocandi domum,ex.de dilat.c,fi,de fo.com.c.fi.

Reuocatoria etiam alio modo dicitur, si quis responsionem factam, positionibus velit reuocare.

Et hæc est dilatio trium dierum secundum quosdam. C. de erro. aduo. l. 3.

¶ Vacatoriæ siue feriales sunt, de quibus ex. & C. de feriis, & 15. q. 4. per to.

¶ Restitutoriæ sunt, quæ dãtur spoliatis post restitutionem vt quiescant, nec cogantur spoliatoribus vel alijs ante restitutionem respondere, q̃ sunt ad minus sex mensium, nec maiores anno. 3. q. 2. c. eiectis

Vel dic, quod sunt arbitratiæ, ea. quæst. c. Si episcopus

Hodie tamẽ his non vtimur in caussis. Est tñ argumentum quod possemus eis vti, vt ex. de resti. spolia. c. frequens, li. 6.

Vel saltem tanto tempore debet pacifice possidere, quanto stetit spoliatus priusquam respondeat ea. quæst. c. prius, & c. tam diu, 2. q. 2. c. præceptum

Sunt & aliæ restitutoriæ quæ quatuor annorũ quæ. s. dantur ad petendam restitutionem, C. de tẽpo. in integ. rest. l. fi.

¶ Exceptoriæ sunt, quæ dantur ad proponendas & probandas exceptiones, ex. de excep. c. pastoralis, & ex. de off. deleg. c. prudentiam, para. sexta, & c. suspitionis, de appel. c. cum speciali.

¶ Deliberatoriæ sunt, quæ dantur ad deliberandum reis vtrum velint cedere an cõtendere, & sunt XX, dierum. 3. q. 3. c. offeratur, & C. de lit. cõtest. Authen. offeratur.

¶ Præ-

¶Præparatoriæ sunt, quæ dantur post. lit, cō test. & etiam ante, 5, q. 2. c. Si primate volenti per testes vel instrumenta probare ad quærendos testes, vel instrumenta præparanda, vel aduocatos inueniendos, vel consilia amicorum petenda.

¶Dubitatoria est, si forte facta positione qs dicit se dubitare, & petit dilationem & hoc committitur iudicis arbitrio, cum non sit lege definita ff, de interrog. acti. l. qui interrogatur, & l. sequentiex. de off. deleg. c. de cauſſis

¶Probatoria est, quæ datur volenti probare de iure suo, & est 9. mensium. C. de dilatio. l. fi, 3. q. 3. c. inducię, para. spatium

¶Diffinitoria est in criminali biennium. C. vt intra cer, temp. l. fi. In pecuniaria trium annorum. C. de iudi. l. properandum ex. eo. c. pe.

¶Exequutoriæ sunt, quæ dantur reis condemnatis in personali ad satisfaciēdum priusquam sententia executioni mandetur. Et sunt quatuor mensium ex. de off. deleg. c. quærēti, C. de vsu rei. iudi. l. 2. ex. de re iudicata c. quod ad consultationē ff, de iud. l. Si debitori.

Sed hæc nō habet locū in actiōe reali, in q̄ datur modicum tempus iudicis arbitrio, ei qui condemnatus est ad rei restitutionem. Insti, de off. iudi. in princip. & paragra. & si in rem, secunda quæst. 1. c. Sicut.

¶Appellatoriæ sunt, quæ dantur ad appellandum & sunt X. dierum, 2. quæsti. 6. c. anteriorum ex. de elect. c. cum dilecti, in fi. De testi. c. significauerunt, C. de appel. l. eos, in fi. & Authen. ibi posita.

Et hæc

Et hæc non currunt ignoranti

¶Persequutoriæ sunt, quæ dantur ad prosequendam appellationem, estq; annus, vel ex iusta causſa biennium, siue ante sententiam siue post appelletur, ex. de appell.c. cum sit romana.2 q 6. c. ei qui.

Nisi Iudex ex causſa tempus breuius moderetur, d.c.cum sit Romana.

¶Supplicatoria, & est decẽ dierum, C. de prec. Impe.offer. Authen.quæ supplicatio.

¶Solutoria est, q̃ sup.exequutoriã diximus.

¶Restitutoria, siquis condemnatus est mihi rem restituere, quã etiam su. exequutoriã diximus.

¶Dilationes non Iudiciales

¶Electoriæ, ex. de conuers.coniug, c. ex publico ff. de optio.leg. l. mancipiorum, ext. de electi.c. ne pro defectu.

¶Confirmatoriæ, qua electus a tempore consensus debet intra tres menses petere confirmationem, vt in consti. Grego. x. de electi. c. q̃ sit lib. 6.

¶Aliæ quæ dantur electo ad consentiendum sc̃, vnius mensis, d.c. quam sit.

¶Aliæ quæ dantur ad petendum consecrationem & pallium, quæ sint trium mensiũ, c. distinct. c. quoniam, & 75. dist. c: quoniam.

¶Expectorię, ex. de frigi. & malefi. c. laudab.

¶Ordinatoriæ. ex. de electi. c. cum in cunctis, para. inferiora.

¶Præparatoriæ, de quibus habetur de appel. c. præterea.

¶Pœnitentiales, quæ arbitrariæ sunt 26 q 7. c. tempora, ex. de pœnit. & remiſ. c. 2.

¶Constitutoria, sc̃, si constituisti te soluturũ x. vel spẽm præstaturum, non adiecto die, statuit modicum

modicum tempus non minus x. dierum, ff. de constitu. pecu. l. pro missor. Sthiti, para. 1.

¶Emendatoria, sc3 damni infecti secundum consuetudinem loci.

Si non sit consuetudo, committetur iudicis arbitrio, ff. de dam. infect. l. damni infecti, & l. si finita. in prin.

¶Excusatoria, sc3 cum is qui datus est tutor se potest excusare intra quinquaginta dies, Insti. de excus: tuto. vel cur. para. qui autem.

¶Inuentoria, quæ datur ad inuentorium faciendum. Et est 40. dierum, si res sint pręsentes: alio qui annus, C. de iure delib. l. Sancimus, para. sin autem, & para. 1. & para. sin autem

¶Auxiliatoria, quæ datur ei qui petitur in vasallum ad quærendum aduocatum, ff. ex quibus cau. manu. l. ab hostibus, para. sed q̃d simpliciter.

¶Alia datur ex bono & æquo. Et hæc in arbitrio iudicis, ff. de verbo. oblig. l. continuus, ff. de iure delib. l 1.

Latius hic vide Spe. li. 2. ti. de dilatio. & glos. bonam ponẽtem quinq; genera induciarum, 3 q 2. c. de indicijs in prin.

¶De conditionibus Dilationum.

1 Iudex potest exigere iuramentum a petente dilationem, si bona fide vel ex malitia petat caussa prolongandi litem.

Tales enim amputandæ sunt, C. de tempo. appell. l 2. in prin.

Præsumentur autem peti bona fide in casibus a iure concessis.

2 Dilatio potest & debet dari tam actori quam reo, ante litem contestatam & post, & hoc iudice

pro

pro tribunali sedente, & causſa cognita & vtraq; parte præsente, 3 q 3.c.Inducíæ,parag.ſpatium & C,de iud.l.a.procedente.

3 Data dilatione & aduenientе termino peremptorio assignato,Iudex non potest prolongare,nec eo elapso quis vltra audiendus est.

Alias enim nullus esset litium finis. 24 q 3.c. de illicita.

Et peremptorius terminus vim habet interlocutoriæ,ff.de arbi.l.qualem.

4 Si quis comparet in termino,& copiam non habet iudicis, protestetur quod compareat coram notario &discretis viris.

Sed si terminus ad deponendum,sufficit in scriptis deposuisse.

5 Si Iudex assignat simpliciter terminū ad aliquid faciendum,tota dies termini cedit illi Insti.de obli.para.in diem.

6 Hoc Iudex semper obseruet, vt aduenięte die termini faciat legi termini assignationem, vt sciatur super quo &ad quid fuerit procedendum.

¶Quis dilationes concedere debeat

Inducíæ & dilationes conceduntur a lege, vel a ratione.

Et seruandæ sunt,nec a iudice abbreuiari possunt,nisi iusta causſa intercueniat quare sint abbreuiandæ. Et tunc committitur arbitrio iudicis, ff.de verbo.oblig.l.continuus,para.2, Vide glos.in c.cū sit Romana,ex.de appel.

Veruntamen repræsentatorias & reuocatorias,& exceptorias, & quasdā alias concedit iudex

Et breuiter,omnes dilationes iudiciales,præter

quam

quam appellatoriæ, arbitrariæ sunt, vt notatur in c. cum sit Romana.

Vide quod notat de senten. excõmunication. C. solet li. 6. in glos.

¶ Quando concedantur dilationes

Conceduntur dilationes, quando bona fide, & non caussa litis propagandæ, petũtur, & iudice pro tribunali sedente, vt sup. prima & secunda cõditionibus dilationis.

Vide Specu. latius lib. 2. par. 1. de dila. ibi quando concedantur dilationes.

¶ Quibus & quoties dilationes dantur.

Dilationes dantur actori, reo & accusatori, & accusato.

Quot autem dentur actori, & quot reo in criminali caussa vel ciuili, vel ad testes producendos, & cui derogentur, & quando, bene determinat Speculator in Summa eo. ti. para. & quibus.

Hoc tamen animaduertendum, quod quotiescumq; opus est & bona fide dilatio petitur, danda est: nisi triennium, quo & caussa ipa perit, instet, C. de iud. l. properandum, para. Et siquidem.

Reliqua vide apud Specu. lib. 2. titulo de dilatio. parag. videndum restat.

¶ Qualiter assignandæ dilationes

Qualiter autem assignentur dilationes ad probandum, vide Specu. in prin. ti. de proba.

Sed hoc interim diligenter animaduerte, quod quando procuratori assignatur terminus ad aliqd faciendum, debet semper dici illa clausula: Et ad omnia alia quæ facienda occurrent.

Et nota

Et nota quod dantur communiter Dilationes tam actori quam reo: puta, ad ponendum, vel ad iurandum, vel testes producendum, & huiusmodi prius debet actor adimplere, & prius debet sibi tertio minus assignari, arg. C. de iuramen. calum. l. 2. in prin. & 4. q. 4. c. 1. ff. de iud. l. qui prior.

Vnde seruatur, vt dicit Spe. quod prius datur terminus actori ad ponendum & dandum articulos, secundo sibi pro secundo, & reo pro primo, rursus datur secundus soli reo, tertio datur vtrique communiter peremptorius.

Et sic vicissim quodammodo vel articulos dabunt, ex. de caus. c. 2. De ordi. cogn. c. 2.

Si enim vltimus terminus soli reo daretur, & aliquid nouum proponeret actor, contra illud defendere se non posset, nec aliquid dicere peremptorio termino sibi obstante, 24 q. 3. c. de illicita, ext. de exceptio, c. pastoralis.

Cætera de hac materia vide apud Spec. lib. 2. ti. de dilatio. para. videndum restat quibus & quoties, hæc hic sufficiant.

DE FERIIS SIVE FERIARUM petitione.

Feriæ secundum Azonem in Summa, C. eo. dicuntur a foro quasi foriæ, id est, extra forum. Præbent enim immunitatem a foro iudiciali.

Sed verius a feriendis, id est, mactandis victimis, & a ferijs festi dies feriati dies dicti sunt, hoc est in quibus feriæ celebrantur.

Sic & fœciales a ferio dicti sunt, quod fœdus ferirent, de quibus vide Varronem latius.

Tria de ferijs dicenda.

1 Quot

1 Quot feriarum genera.
2 Quid in eis agi possit vel non.
3 Quibus feriis possit renuntiari.

¶ Quot feriarum sint genera

1 Solennes sunt, quæ ad dei cultum & honorem & sanctorum reuerentiam introductæ sunt c. fi. de relig. & venera. sancto. lib. 6. ff. de feriis l. pridiæ, C. eo. l. fi. & omnes: vt sunt dies festi, sicut Natiuitas domini, &cæ.

Qui autem sint tales dies festi, vide hic Specu. li. 2. ti. eo. in prin.

Et in his feriis non valet citatio facta a iudice, nec processus iudicis in iudicio factus, nec sententiæ latæ.

2 Repentinæ dicuntur, quas solus princeps ob publicam gratulationem inducit, puta ob diem natalis sui, vel filij sui, vel suæ coronationis, vel quia vxorem duxit, vel quia contra hostes triumphauit

De his habeē, C. eo. l. a nullo, ff. ex quibus cau. maio. in. integ. rest. l. Sed & si. para. Si feriæ.

Sunt & aliæ repentinæ, quæ inducuntur ob honorem insignium ciuitatum, puta Romæ, & Constantinopolis, scilicet dies natalitij earum. C. eodē. l. omnes.

Dicuntur autem repentinæ, quia incertæ sunt, imo repente & subito inducuntur

3 Rusticæ sunt, quæ propter rem rusticam, seu propter publicam vtilitatē conceduntur, vt est pro messibus, & vindemijs colligendis. vide Specu.

¶ Veruntamen ex historijs quatuor feriarum publicarum, reperiuntur genera, nempe.

Statiuę, Conceptiuæ, Imperatiuę, Nundinæ paganorum.

Statiuæ, quæ certis & constitutis diebus fiebāt

in quibus præcipue seruabantur.

Conceptiuę, q̃ quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiebantur, vt sunt Agonalia, Carmentalia, Lupercalia, Latinę, Sementinæ, Paganalia, Compitalia.

De his vide Varronem & alios.

Imperatiuæ, quas consules vel prætores pro arbitrio indicebant.

Nundinæ paganorum, quibus ad negotia & merces conueniebant.

Sed hæc ad longum vide apud Varronem de lingua latina, & de verbo. orig.

¶ Erant præterea propriæ familiarum feriæ, quas quæq; familia ex vsu domesticæ celebritatis obseruabat, vt Claudiæ feriæ & Aemiliæ.

Item singulorum, vt natalium dierum, quæ natalitiæ dicuntur.

Affirmabant aũt pollui ferias, si in his opus aliq̃d fieret: ideo p̃ p̃conẽ denũtiabat̃, ne q̃d opus fieret, & præcepti negligens mulctabatur.

Sceuala tamen iureconsultus interrogatus q̃d ferijs agere liceret, respondit, quod prætermissum noceret, vt si bos in foueam decidisset, nõ erat piaculum patrẽfamilias illum adhibitis operis extrahere: nec ille ferias polluebat qui trabem lecti fractam fulciendo ab imminente ruina libraſſet.

¶ Quid in ferijs agi possit, vel non.

In supradictis ferijs agi non debent ea quæ ad contentiosam spectant iurisdictionem: puta, non debet qs ad causſam vocari, nec causſa tractari, nec sententia ferri.

Quod si fiat, nõ valet quod agitur, 15 q 3. c. 1. & 2.

& 2.C.eo.per to.ex.de iud.c.fi.ff. eo.l. Si feriatis. Vide latius Speculato.

Potest tamen si necessitas vrgeat, & his diebus agi: vel si pietas suadeat.

Necessitas, vt si res sit tempore vel morte peritura, ex.de iud.c.fi.C.eo.l.actus, quod exemplifica, vt ff.eo.li.1.2.& 3.

Pietas vero, si caussa sit debilium vel miserabilium personarum. Quia in operibus misericordiæ non est habenda distinctio, arg.77.distinc.c.vti nam de consecra.distinc.5.c.nunquam.

Quæ vero ad voluntariã iurisdictionem spectant, quolibet tempore fieri possunt: vt adoptare emancipare, manumittere, excommunicare, absoluere, vbi caussæ cognitio regritur, C.eo.l.actus

Ergò tutores & curatores dabuntur.

Item alimenta constituuntur.

Item nomine ventris vel legatorum, & caussa damni infecti possessio dabitur.

Item fiet cognitio exhibendi testamenta.

Item caussæ matrimoniales propter periculum adulterij, vel incestus possunt tractari tempore feriato no.15 q 4.c.in Summa.

Item de matrimonio spirituali, scilicet cũ agitur de electione episcopi vel prælati propter periculum moræ, ex.de appel.c. oblatæ in fi.50.distin. c.postquam ex.de electione.c.ne pro defectu.

¶Quibus ferijs renuntiari possit.

SOLENNIBVS ferijs in honorem dei & sanctorum inductis, renunciari non potest, extra eo.c.fi.Imo processus tunc habitus non valet.

REPENTINIS etiam non potest. ff. de arb. l. Si feriatis. ff. de postul. l. quos prætor. ff. de iur. municipi. l. Semper. para. conductores. C. eod. l. omnes prope. fi.

RVSTICIS autem seu publicis renũtiare potest, ex. eo. c. fi. in fi. arg. ex. de regula. c. ad apostolicam, ex. de fo. compe. c. Si diligenti.

Sed si non renuntietur, sententia non tenet ex. c. fi. ff. eo. l. 1. & l. si feriatis.

De hac materia no. ex. de off. deleg. c. de causis, & de iud. c. fi. & ex. de feriis, c. fi. vide latius Spe.

¶DE RECVSATIONE.

In titulis supradictis de comparitione tractatum est. Et quia comparentes ope exceptionis se defendere sæpe solent, ff. de except. l 2. Ideo recte ex ordine de exceptionibus dicendum.

Verum inter exceptiones iudicis recusatio primo proponenda est, vt ex. de prob. c. qm̃ contra in glos. verbi exceptiones.

Ideo de recusatione præmittemus hoc ordine.

¶Dicendorum ordo.

1 Quid Recusatio.
2 Ex quibus causis, & quæ causæ recusatiõis.
3 Quis possit recusari.
4 Quando.
5 Qualiter.
6 Quis effectus recusationis.

¶Quid recusatio.

Recusatio est Iurisdictionis, vel audiẽtiæ, causa suspitionis proposita declinatio, C. de iud. l. aperissimi. 3 q 5. c. qđ suspecti, ex. de off. deleg. c. suspitionis, quod vide.

Causa aũt recusationis est vnica, sc3 suspitio

Hæc

Hæc tamẽ ſurgit ex multis & variis cauſſis: quarũ aliquas no. gloſ. in c. 2. vt lit. non conteſt. in antiqs & ibi Abbas in verbo Subeſſe.

¶ Cauſſæ Recuſationis

Pater, patrõus, corruptus, minime fauẽs, ſi prius fuit Iudex in eadem cauſſa, aduocatus, procurator, laborat ſimili cauſſa, conſanguineus aduerſarij cõmẽſalis aduerſarij, & qa imperitus, & habet aſſeſſorem ſuſpectum, familiaris aduerſarij, c. Inſinuante ex. de off. c. deleg.

Hoſtienſis tamẽ 18. ponit in Summa de off. de leg. in para. quæ ſint iuſtæ cauſſæ.

¶ Quis poſſit recuſari.

Recuſari poteſt quilibet Iudex, vtpote, vel Ordinarius, vel Delegatus, vel Subdelegatus, vel Auditor ſcũm canones: cum diſcrimine tamen, vt hic in tabula ſequitur.

ORDINARIVS, ex cauſſa ſuſpitiõis coram eodẽ proponẽda, ſed probãda eſt corã arbitris, ext. De appel. c. cũ ſpeciali. Fallit aũt in officiali. Quia in tali, cauſſa ſuſpitiõis veniet probanda corã ipſo vel corã eo cuius eſt officialis, tex. eſt de off. deleg. c. Si contra vnum li. 6 vide.

Quod aũt ordinarius poſſit recuſari, patet ex. de off. deleg. c. Si qs cõtra. vide Spe. lib. 1. ti. de recu.

DELEGATVS ſolus vel cũ alijs. Solus aut eſt a principe datus, & tunc cauſſa ſuſpitiõis probetur corã arbitris, ex. de off. deleg. c. ſuſpit. & C. de iud. l. aptiſſ. & l. cũ ſpecia. Aut ab alio, vt epo & tũc probet corã epo, tex. in c. Si cõtra vnũ, de off. deleg. l. 6.

Cũ alijs, & hoc vel ſolus ille vnus vel oẽs alij recuſanẽt. Dati cũ clauſula, qd ſi ambo vel non oẽs intereſſe poteritis: tũc probet cauſſa ſuſpitiõis corã cõiudice, i, nõ recuſato vel nõ recuſatis. Textus eſt

in d.c.Si contra vnum.Si vero omnes recusentur, probetur caussa suspitionis coram arbitris.

SVBDELEGATVS. Vel ex toto commisit vices suas,&tunc coram arbitris est suspitionis caussa probanda,c.iudex de off.deleg.li.6.

Vel ad partem sibi reseruauit.i.non in totum subdelegauit,vel commisit:& tunc caussa suspitionis coram delegato probetur.Tex.est in c.Super quæstionum,para.eius ergo.ex.de off. deleg.

AVDITOR,& tunc caussa suspitionis probetur coram eo,qui talem dedit.Textus est ext. de off.deleg.c.Super quæstionum,para.3 & 5.

Nisi datus sit de consensu partium, quoniam tunc recusari non potest d.c.Super quæstionū.para.2 & 5,Item de Assessore l.fi.

Merus autem executor non recusatur extr.de appel.c.Nouit prop.fi.gloss.in verbo.debuisset. Vide Specu.

¶Quando fieri debeat recusatio.

Ante litem contestatam debet fieri recusatio regulariter,quia post litis contestati. non est locus deliberationi:quæ est XX.dierū post vocationem & libelli oblationem,C.de litis contestatio. Authen.offeratur.Igitur nec recusationi,leg.apertissime,C.de iud.

Nec tamen semper dantur XX.dies,quando qui dem possunt abbreuiari,vel prolongari a Iudice,extra.de procurato.c.dilectus,& c.cum sit Ro. de appel.ex.

Et secundum canones ante lit.contest.tantum fit recusatio & non post,cum sit dilatoria,c. inter monasterium,ex.de re iud.nisi ex noua post lit.contest.suspitionis caussa oriatur,c.insinuante,ext.de off.deleg. & ff.de arbit.Vide latius Specul.d. tit.

de recu-

de recusa.

¶Qualiter fieri debeat recusatio.

1 Sufficiens suspitionis caussa in scriptis faciẽ da est, & iudici proponenda, ex. de proba. c. quoniã contra & C. de iud. leg. apertissimi. ibi libello recusationis porrecto.

2 In libello recusationis cotineatur, quis, quem in qua caussa, et q̃re recusat. Et caussa probata de bet sufficiens reputari, ex. de appel. c. super eo. et de fo. compe. c. licet.

3 Si vult, etiam imponatur nomen arbitri quẽ elegit.

4 Caussa recusationis siue suspitionis probetur coram arbitro, & non coram recusato, ne pro uocatus noceat. De off. deleg. c. suspitionis. Vide Spe. d. ti. de recus.

¶Annotatiunculæ.

Aduerte, quod si arbitri grauent, esse ab ipsis ad sedem apostolicam appellandum tex. in c. ab arbit. de off. deleg. lib. 6.

¶Præterea nota, quod iudex a sede apostolica datus, quamuis recusari soleat vt suspectus, p̃t licite vices suas committere, antequam recusatio contra ipsum proponatur.

Et si in totum commisit, commissio expugnari nequibit. Secus si iurisdictionis aliquid sibi reseruauit.

Verum post recusationem præpositam, non potest committere nisi de partium consensu.

¶Item qui vult recusare iudicem, nullum debet coram eo processum facere: quia per hoc videretur ipsum approbare, c. inter monasterium, ext. de senten. & re iud.

¶Quis sit recusationis effectus.

Duo principales effectus recusationis sunt. Primus, eo ipso quod iusta caussa suspitionis proponitur, eius iurisdictio est suspensa. Secundus, probata suspitionis caussa, non debet recusatus amodo in caussa procedere, sed supersedere, de appel. c. Super eo, vide latius Speculatorem. d. tit. de recus.

¶DE EXCEPTIONE.

Reis plerumq; in iudicio ope exceptionũ subuenitur, sicut & Actoribus ope replicationũ. Ideo recte de exceptionibus, & deinde de replicatione sequitur.

¶Quid sit exceptio.

Est autem exceptio actionis vel intentionis exclusio, secũdum Panor: in rubri: de exceptio: vt cum dico te mihi debere centum, excipis me tibi remisisse.

Exceptionum autẽ variæ sunt species, & varijs temporibus opponendæ, de quibus breuiter in subscripta formula.

¶Exceptionum diuisiio.

Exceptionum aliæ sunt peremptoriæ, aliæ dilatoriæ, aliæ mediæ, aliæ anomalæ.

PEREMPTORIAE siue rectius elisorię dicuntur, quod elidant petitionem. Inst. eo. para. perpetuæ & ff. eo. l. 3. & opponi possunt perpetuo.

Suntq; duplices, scilicet simpliciter peremptoriæ, quæ & perpetuæ dicuntur, semperq; locum habent nec euitari possunt & semper obstant agenti etiamsi cessauerit agere per mille annos.

Dicitur

Dicitur autem actio perpetua, licet actio sit temporalis, quia quæ annua sunt ad agendum, ꝑ petua sunt ad excipiendum: vt sunt. Pactum de nō petendo, Iusiurandum de non agendo, Exceptio doli mali, Quod metus causſa, Quod per errorem promissum, Non numeratæ pecuniæ, Rei iudicatę Siqua contra leges, senatusco. facta esse dicentur.

DEFENSIONES, quæ ipso iure tollunt et ꝑmunt omnem actionem, vt sunt, solutio, acceptilatio, quæ liberatio est per mutuam interrogationē de qua ff. eo. l. i. Renuntiatio quæ ē rei vel iuris spōtanea refutatio.

DILATORIAE sunt, quę causſam differūt Inst. eo para. appellantur. ; q 6 c. si quis episcopoꝝ para. exceptio. vbi bonam gloss. vide. Et hæ sunt duplices. Alia namꝙ est dilatoria solutionis, alia declinatoria iudicij.

DILATORIA solutionis debet ante lit. contest. proponi, seu potestari, sed non tenetur probare nisi post lit. contest. fundata scilicet actoris intētione, C. de proba. l. Exceptionum. C. de exceptio. le. siquidem.

Huius exempta sunt: Pactum de non petendo vsque ad certum tempus. ff. de except. le. ; . parag. i. Condemnatus in personali non tenetur soluere iudicatum vsque ad quatuor menses. extra. de off. delegat. c. quærenti, & de re iud. c. quod ad consultatio.

DECLINATORIA iudicij, & est in principio litis proponenda & probanda extra. de sen. & re iud. c. inter monasterium, & C: de excep. le. fi.

Hæc autem surgit ex multis causſis, sc; ꝑ Rescriptum, Iudicem, Arbitros, actorem, procuratorem, Aduocatū, libellum, Testes, Interrogatoria,

Instrumentorum, priuilegium, Testamentum, positiones, Sententiam, Appellationem.

MEDIAE siue mixtæ dicuntur, quæ in hoc habent similitudinem cũ peremptorijs, quod possunt post litem contestatam obijci.

Sed in hoc habent dissimilitudinem cum dilatoria, quia possunt quandocunque ante sententiam obijci, extra, qui matri. accusa. possunt. c. per tuas.

Sed in hoc habent similitudinem cum dilatoria, quia ante lit. contest. possunt obijci, ext. de except. c. exceptionem.

Exemplũ: Si peto a te decem quæ mihi promisisti, ita respondes, te non teneri, quia sub conditione promisisti, scilicet si Titius ostenderit capitolium, dubium quidem est an sit dilatoria vel peremptoria. Quia si nunq̃, peremptoria est: si vero ostendat, dilatoria est. In dubio peremptoria iudicatur. Vide l. Sufficit de cond. iudi.

ANOMALAE sunt, quæ non sequuntur semper normas aliarum, quia possunt ante & post lit. contesta. proponi, & de quibus dubitatur an sint perpetuæ an temporales, vt sunt, Exceptio velleiani & macedoniani. & armatæ militiæ, de quibus agitur ad macedo. ff. lege tam etsi non. C. de iur. & fact. ag. le. 1. Exceptio excommunicationis. Exceptio quam maritus habet ne cõdemnetur vltra quam possit. C. de rei vxo. actio. leg. vnica parag. cum autem in actione. Exceptio quæ datur ratione futuri facti vel temporis vel accidentiæ. Exceptio non numeratæ pecuniæ vel non numeratæ dotis. De his enim dubitatur an sint tpales aut ppetuæ. Vide Spe. Si quæ aliæ reperiuntur exceptionũ diuisiones, sub p̃dictis cõpræhendunt, vt illæ.

Ex

¶Exceptiones aliquæ perpetuæ sunt, aliquæ temporales, perpetuæ sub peremptorijs, temporales sub dilatorijs comprehenduntur, Insti. de excepti. para. appellantur autem

¶Itẽ exceptionum aliæ personales, aliæ reales, Personales sub dilatorijs iudicij sunt insti. de exceptio. para. præterea etiam. Similiter & reales q̃ concernunt rem, vt rescriptum vel locum

¶Item aliæ fauorabiles, aliæ odiosæ. Fauorabiles, vt exceptio velleiani & feriarum sub anomalis. Odiosæ vero vt macedoniani, etiam sub anomalis.

¶Inductæ sunt & aliæ, ad iuris rigorem seruandũ. Aliæ vero propter naturalem æquitatem.

¶Regula

Exceptiones peremptoriæ ante lit. contest. locum non habent, sed post habent, ita vt litis contestationem impediant. Demptis tribus priuilegiatis, quæ ante lit. cõtest. proponi possunt, & litis cõtestationem impediunt. Et sunt exceptio rei iudicatæ, transactæ & finitæ. De his vide c. 1. de lit. cõtest. li. 6. Item vide hic copiosissime Ange. de aret. insti. de exceptio, qui singulas exceptiones bene & singulariter declarat

¶Iudicis officium in exceptionibus propositis.

1 Propositis exceptionibus cautus sit iudex, vt proponentem iurare faciat, ne ex malitia excipiat, vt notatur inf. de iura. calum, para. 1. vers. secũdum est

2 Consideret an exceptiones validæ sint: si sint, eas admittat: si vero friuolæ & iure inualidæ,

lidæ, non admittat extra. de appel. c. pastoralis. Porro si validæ fuerit, & iudex eas non admittat, punitur. 25 quæst. 2. c. decenti para. puniri.

3 Si aliquæ friuolæ, aliquæ legitimæ fuerint, per interlocutoriam validas admittat, & friuolas reiiciat extra. delegat. c. prim. & finali, & de præbend. c. dilectus.

4 Cautus sit iudex vt proposita exceptione, q̃ si non admitteretur pars appellaret, dicat sic vt viam præcludat appellationi: Ego hanc exceptionẽ admitto, si probata fuerit, vnde ea nõ probata nõ potest pars appellare. Vel si appellet, appellatio non admittetur.

Hæc cautela dicitur ext. de exceptio. c. olim. Vide latius Speculatorem titulo de exception. libro secundo.

¶Regula.

Si iudex viderit se male interlocutum fuisse vel male processisse, poterit sententiam interlocutoriam, vel id quod fecerit reuocare, & facta reuocatione in causa procedere, etiam nolente parte & appellante, extra. de appellatione. capit. cum cessante.

Et hoc potest facere parte grauata præsente vel absente. Vide formam reuocandi apud Spec. ti. iam dicto.

Nec debent iudices in hoc verecundari, quia Papæ iniustam suam sententiam corrigunt. ex. de in integr. restitut. c. cum ex literis, & 35 quæst. 9. c. veniam.

Et imperator dicit: Nõ pudet nos nostras leges corrigere in Auth. de nuptijs col. 4. in princip.

Et Seneca eleganter inquit: Non est turpe in melius

melius mutare consilium

Item August. Magnæ sapiētiæ est, inquit, mutare hominem quod male locutus est

¶DE REPLICATIONE.

Replicatio est exceptio competens actori cōtra exceptionem rei, & istam semper opponit actor, & contra replicationem datur duplicatio reo, & iterum actori contra duplicationem rei datur triplicatio ff. de except. l. 2. C. eo. l. non exceptionibus Insti. de replication. Et contra triplicationem, quadruplicatio, & sic deinceps multiplicantur nomina vsq; ad infinitum. Vide latius Spe. ti. de replica. li. 2.

¶DE SATISDATIONE.

Quoniam cautiones in iudicio oblatis libellis præstantur, quæ satisdationes dicuntur, ideo nunc de illis

¶Satisdatio quid sit & quotuplex

Satisdatio est cautio fideiussoria vel etiam iuratoria, & est multiplex

Principalium scilicet personarum, vt actoris & rei

Pro alijs in iudicio interuenientium personarū vt procuratoris actoris, procuratoris rei, procuratoris vel defensoris & tutoris

Extraiudicialium, vt Sequestrationis, Dāni infecti, Vsufructus, Legati, Noui operis

De his per ordinem

¶Satisdatio actoris consistit in multis

1 Qui vult agere, libellum suæ petitiõis debet porrigere. Antequam tamẽ libellum porrigat, satisdabit idoneo fideiussore, quod vsq; ad finem litis perseuerare velit in caussa, quodque caussam vel per se vel per procuratorem suum perficiet.

2 Quod si eum apparuerit litem iniuste mouisse, dabit reo decimam partem litis in libello comprehensæ.

3 Si autem constiterit per ipsius sacramentum id est, si dicat per iuramentum suum quod fideiussorem non possit dare, remittitur ei datio fideiussoris, sed iuratoriam exponat cautionem, & in libello profiteri debet se facturum hæc omnia

Et hæc quidem generaliter cautio præstanda est, nisi caussa moueatur ex consensu vtriusq; partis apud arbitros.

Hæc omnia habes C. de episc. & cle. Authẽ. generaliter & C. de asserti. toll. l. 1. para. super peculio vers. omnes. Vide Speculatorem.

¶Satisdatio rei circa quam multa considerantur.

1 Quando reus recepit libellũ, satisdare debet quod vsq; ad finem litis manebit. insti. de satisd. para. Sed hæc hodie

2 Si possideat immobilia, sufficit ei iuratoria cautio ff. qui satisd. cogun. l. Sciendum

3 Non tamen cauet de iudicato soluẽdo, insti. eo. para. ab eius vero

4 Iudices seculares consueuerunt decimã partem litis suscipere secundum diuersorum locorum consuetudines.

Præ

5 Prælati ecclesiastici decimã partem vel etiam aliam recipere non possunt, ex. de vit. & honestat. cle. c. cum ab omni.

Tamen expensas moderatas & pro eis pignora accipere possunt de rescript. c. Statutum lib. 6.

6 Notabis, quod satisdationis receptio ab aliquibus iudicibus mox recipitur ab vtroque tam actore quam reo, & hoc verum secundum diuersitatem locorum

7 Hæ cautiones siue satisdationes pñt vel ipsi iudici vel notario fieri. De q̃ vide Speculatorẽ de primo & secundo decreto. paragra. Iam de effectu.

¶Annotatio

¶Et aduerte, quod in iudicio sistendi causa datus pro rei qualitate locuples esse debet.

Exceptis personis necessarijs, tunc enim qualiscunque sufficit, vt pro parente, pro patrono & alijs. Tex. est in l. 1. 2. & 3. ff. in ius voc. vt eant.

¶Satisdatio procuratoris actoris, in qua sic distingue

¶Aut enim certum est eum habere mandatum, vel ex literis, vel ex instrumento, vel testibus, vel quia reus hoc confitetur, vel quia apud acta constitutus est. C. de satisda. l. vnica, & insti. eo. para. Sin autem,

Et tunc non debet cauere ratum habiturũ dominum. d. l. vnica

Aut certum est eum non habere mandatum. Et iterum distingue, quia aut est extranea persona & tunc repellitur, ex. de procura. c. 1. etiam si velit satisdare,

Aut

Aut est coniuncta persona, quæ cum satisdationi admittitur, vide latius Speculatorem

Aut dubitatur, et tunc quidã asserũt ſp hoc eſſe in electione rei, vt vel ille probet mandatum, vel satisfaciat de rato, vtrum ipse eius maluerit

Azo vero tenet contrarium. ſ. hoc esse in arbitrio procuratoris ipsius an velit probare mandatum vel cauere de rato

Nam cum quis tenetur alternatiue ad alterũ duorum præstandũ quod voluerit, liberatur, ff. de iure dot. l. plerumq; , para. fi. C. de condict. inde. l. Si quis seruum ex. de plus petí. c. vnico

Vide Spe. lib. 2. par. 1. ti. de satisd.

¶Satisdatio procuratoris rei.

Procurator rei repellitur, nisi ostendat mandatum, de quo omnino constare debet, nec etiam admittitur si de mandato dubitetur, nisi velit cauere.

Verum siue habeat siue non, & quantũcunque sit idoneus, debet tñ satisdare iudicatum soluí, C. de satisdan. l. vnica. in fi. ff. de procuratoribus, l. qui proprio, para. q alium, et l. minor in fi. ff. eodem.

Vide Speculatorem loco supra dicto.

¶Iudicatum solui constituit tres clausulas.

1. De defendendo. 2. De dolo. 3. quod dolũ non adhibebit. 3. Quod iudicatum soluere promittat gloss. est insti. de satisd. para. 1. in verbo nullam satisdationem, & textus ff. de iudica. fol. l. iudicatũ soluí.

¶Satis-

¶Satisdationis extraordinalis quatuor species

1 Sequestrationis rei mobilis, de qua controuersia est, quæres est penes personam suspectam quod cum ea fugiat, & post illa persona petit sequestrari

Debet enim primo satisdare sub forma, quã describit Speculator in ti. de satisd. ex. de iudi. li. 2. parte 1.

2 Damni infecti, vt si habes ædificium quod minet ruinã domui meæ vicinæ, debes mihi caue re de damno infecto. i. nõdum quidem facto, sed quod fieri probabiliter timetur, hoc est satisfaciẽdo mihi de omni damno quod incurrerem ex ruina ædificij, si corrueret, ff. de dam. infec. l. dies. & l. præror ait. Vide Speculatorem.

3 Noui operis. Is enim cui nouum opus nuntiatum est, non audet procedere in opere, nisi præstita cautione demoliendi. i. quod amouebit quicquid ædificatum apparuerit in solo alieno, ex. de ope. no. nunti. c. fi. & ff. eo. l. prætor ait.

4 Vsufructus legati. Is enim cui vsufructus legatus est, debet cauere hæredi per pignora & fide iussores, quod vtetur & fruetur, salua rerum substantia ad arbitrium boni viri ex. de pigno. c. fi. ff. de vsufr. l. 1. & ff. de reb. quæ vsu. consu. per to. insti. de vsufruct. para. 1. & 2. Vide latius hic Speculatorem

¶DE INTERROGATIONE.

Olim quidem interrogationes fiebant propositis actionibus. Interrogabatur enim hæres in iure. i. apud iudicem, qua ex parte hæres sit quoties aduersus eum actio instituitur

Et erat tunc interrogatio neceſſaria, cum in perſonam.i.perſonali actione agebatur. Et compellabatur aduerſarius reſpondere ad interrogationes etiam ante litem conteſtatam

Hodie autem talibus interrogatorijs non vtimur, quia nemo cogitur ante iudicium.i.litem cõteſtatam de ſuo iure aliquid reſpondere, vt ff. de interrog.acti.l.1.paragra. interrogatorijs, quam vide

Poteſt tamen iudex interrogare, vbicunque æquitas monet: & maxime poſt litem conteſtatã. Etiam, ſi in cauſſa eſſet concluſum, ex.de fide inſtru.c.cum Iohannes

Fiunt ergo etiam hodie hæ interrogationes iudicis officio, non iure actionis, d.l.1. Vide hic latius Speculatorem.

¶DE RECONVENtione.

Plerumq; præſtitis cautionibus, & reus habet nonnihil aduerſus actorem, quare & eum reconuenire intendit, fiuntq; ſic hincinde mutuæ petitiones. Recte igitur de reconuentione hinc ſequitur, idq; hoc ordine

¶Ordo dicendorum.

1 Apud quem fieri debeat reconuentio.
2 De quibus rebus.
3 Quando
4 Qualiter ptocedatur in reconuentione
5 Quæ ſit pœna nolentis reſpondere ſuper reconuentione rei.

¶Reconuentionis conditiones requiſitæ.

1 Re-

1 Reconuentio fit apud quemlibet iudicem, apud quem & coram quo fit conuentio principalis,3.q.7.c.accusatores, para. cuius in agendo, ex.de inut.peri.c.1.& 2.C.de sent. & interlo. om. iud.l.cum Papinianus,& Authen.& frequenter.

2 Penes arbitrum non fit reconuentio, quia is non potest iudicare nisi de his quę in compromisso continentur ex.de arb.c.cum dilectus ff.eo.l.de his

Quod intellige verum secundum Odoff. de arbitro in genere, cū de vna sola re cōpromissum est: coram illo autem in quem de omnibus controuersijs compromissum, potest fieri reconuentio.

Dicunt tamen alij, quod verius sit conuentio quæ fiat ex virtute compromissi

3 Iudex qui nō potest cognoscere per modum conuentionis, nec cognoscit in caussa, per modum reconuentionis

4 Apud iudicem appellationis non habet locum reconuentio, secundum Speculatorem.

5 Regulariter reconuentio potest fieri corā ordinario & coram delegato, quia authen.& cōsequenter loquitur tam de ordinario quam delegato, vide probationes Specu.

6 Ante litis contestationem & post eodem iudicio durante, antequam conclusum sit in caussa, potest fieri reconuentio etiam nulla protestatione præmissa ante litis contestationem.

¶De quibus caussis vel rebus non possit fieri reconuentio.

1 In caussa criminali non pōt fieri reconuētio

3.q.11.c. Neganda per to, C. qui accuſ. nō poſſunt l.1.quia non retaliatione criminum, ſed innocētia reus purgatur ff.de publ.iudi.l.is quſ.

2 In præiudicialibus actionibus, quia licet reo viciſſim proponantur, tamen cum petitione actoris tractari nō poſſunt, C.de ordi.cog.l.1.2.et 3.ex. de ordi.cog.c.1.3.q.11.c. non eſt credendum para. aliquando

3 In ſpiritualibus. De quibus coram laico non habet locum reconuentio, quia de his laicus nō poteſt cognoſcere

Vt ſunt cauſſæ iuris patronatus, decimarum, matrimoniales, & hiſce ſimiles, ex.de iudi.c.decernimus, & c.quanto de decimis.c.tuæ, 2.q.2. De iure patronatus. Verum an & de his incidenter cognoſcere poteſt laicus, vide hic Speculatorem.

4 In quæſtione ſpoliationis, niſi de alia ſpoliatione reconueniatur.c: ſuper ſpoliatione, ex.de ordi.cogn.

5 In momētanea poſſeſſiōe. C. Qui legiti. perſ. ſtan.hab. in iudi.l.fi.

6 Si laicus iniurietur clerico, & ipſe vocatus a clerico coram ipſius loci iudice poſſit clericum reconuenire, hæc fraus non debet ei prodeſſe.

7 In cauſſa depoſiti, ex. de depoſito.c.bona fides

8 Excommunicatus reconuenire nō pōt, ex.de except.c.cum inter

¶ Annotatiunculæ

¶ In quinta cauſſa iam dicta poſita eſt momentanea poſſeſſio, hæc (ne ignores quæ ſit) eſt, quando agitur de poſſeſſione vel retinenda per interdictum, Vti poſſis vtrobi; vel adipiſcenda per

per interdictum. Quorum bonorum vel legatorum, vel recuperanda per interdictum, Vnde vi.

¶ Diciturque momentanea possessio, quod apta sit durare per momentum penes eum qui vicit

Si enim ille qui succumbit in continenti probat de proprietate, statim eam recuperabit p̄ sententiam

¶ Quando fit reconuentio facienda.

Reconuentio generaliter potest fieri antequã in petitione actor sit litem contestatus, postea vero nunquam, secundum aliquos, nisi libellus recõuentionis sit antea porrectus, vel nisi protestatus fuerit de reconuentione facienda. Et allegat. ex. de inut. peti. per to. C. de senten. & interlo. om. iudi. authen. Et consequenter.

Sed omissis opinionibus tenet Speculator, q̄d semper & ante & post litem contestatam, eodem durante iudicio, id est, instantia iudicij, scilicet quousque conclusum sit in causa, reconuenire liceat

¶ Qualiter in reconuentione procedatur.

Ab actore libello oblato, si reus vult eum reconuenire, porrigat similiter ante litem contestatam libellum reconuentionis, imo & postea id fieri potest, sicut iam dictum est

Et deliberatione super vtroque hinc inde habita, fiat primo litis contestatio super libello acto

ris, & consequenter super libello reconuentionis.

Et potest iudex cogere actorem respondere libello reconuentionis.

Postea vero lite contestata super vtroq; libello, vbi fit ante litē cōtest. Iudex vicissim vtramq; partem audiat, sic quod primo fiat litis contestatio super primo, post super secundo. Conueniens primo iuret, secundo reconueniens: & primo ponat, postea etiam reus: primo item producat testes secundo reconueniens.

Sic alij actus vicissim expediantur, ita quod eadem die vtraq; quęstio, quasi vna sententia vel iudicio terminetur: prius tamen pronuntiando sup petitione actoris.

Probantur hæc ex. de inut. peti. c. 1. & de caus. poss.. & proponet. c. cum ecclesia, & c. cū dilectus Vide Speculato.

¶Regula.

Hoc quoq; notandum est, quod caussa cōuentionis & reconuentionis pari iure censentur, vnde si non potest appellari super illa, nec super ista. Textus est ex. de inut. peti. c. secundo.

Et si actor non vult reo respondere, nec ipse respondebit actori, & iudex denegabit illi audientiam in caussa sua, ex. de iuramen. calum. c. fi. para. pœna. C. de compensa. l. neq; scriptura.

¶DE INCIDENTIBVS quęstionibus, & de ordine cognitionum.

Plerumq; in iudicijs plures quæstiones emergunt: vt dubitari possit, cuius cognitio debeat prę cedere

cedere: hinc de inciden. quæstio. & ord. cog. dicendum est.

¶ Quæstiones in iudicio propositæ, aut ambæ principales sunt, & sunt ambæ vel ciuiles vel criminales. Si ciuiles, tunc quę prius proponitur, primo tractabitur, & vna sententia terminatur, licet sint æquales, dummodo se non cõtingant, ex. de ordi. cog. c. 2. para. nos autem. Et dum sit talis quæstio, de qua ille iudex possit alias cognoscere.

Criminales vero si sint & inæquales, tunc maior minori præponetur. Vna vero criminalis & altera Ciuilis, de criminali prius agetur.

¶ Aut vna principalis & altera incidens, tunc de principali prius cognoscendum & pronuntiandum est, ff. de lib. cauff. l. ordinata. Insti. de act. para. p̃iudiciales ex. de ord. cog. c. 1. C. de ord. cog. l 1.

Vide Speculato. lib. 2. par. 1. ti. de incidentibus quæstionibus.

¶ DE PETITORIO ET possessorio & spoliatione

Quia certo ordine causas tum possessionis, tum proprietatis, tumq; alias incidentes in iudicio tractari debere, supra visum est: & quia causa restitutionis possessoria est, posset dubitari an spolia tus indistincte restituendus sit. Ideo sequitur nunc de petitorio, & possessorio, & deinde de spoliatione.

¶ Sciendum, quod petens se restitui non potest reconueniri, nisi de alia spoliatione, extra. de ordi. cogn. c. si. Nec sibi potest de proprietate referri quæstio super eo quod repetit, nisi prius fuerit restitutus ext. de rest. spolia. c. in literis & c. sequen. ac c. ex conquestione.

¶Duæ quęstiones possessoriæ principaliter propositæ a diuersis & de diuersis rebus, tanquam mutuæ petitiones simul & vicissim sunt tractandę, ex. de ord. cog. c 2. para. nos autem.

¶Si vtraq; possessoria quęstio sit super eadem re, iudex vltimo factam violentiam prius purgabit, ff. de vi & vi arm. l. colonus & l. cum fundus.

¶Nota, quod vbi duo vnus cum petitoria actione, alter cum possessoria actione, scilicet stipulationis, concurrũt simul ad inuicem, vter prius agat sorte diuiditur, ff. de iud. l. sed cum ambo, vide Spe.

¶Si vnus agit primo petitorio, & reus secundo de possessorio conquerens de spoliatione: distingue, aut ambæ quæstiones sunt circa eandem rem, aut circa diuersas.

Si circa eandem rem, dicunt Iohan. Inno. 4. & Vincen. quod paratur præiuditium petitorio prius proposito, per possessorium secundo, etiam in modum conuentionis propositum: & quod super possessorio prius cognoscetur, & pronuntiabitur, petitorio prius proposito suspenso, vt in præd. decre. ex conquestione ex. de rest. spolia. & eo. ti. c. literas, & c. sequen. ex. vt lit. non contest. c. accedens 2. in fi.

Secus si sint super diuersis, vide Spe.

¶Petitorium & possessorium si sint circa diuersa, subdistingue. Nam aut spoliatio proponitur in modum actionis, aut in modum exceptionis.

Si primum, puta, quia reus directe petit restitui tunc sunt duæ mutuę petitiones, & sunt simul & vicissim tractandæ, & vna sententia determinandæ: & postea petitorium examinabitur.

Si vero spoliatio in modum exceptionis proponitur, tunc tractabitur exceptio spoliationis suspenso

pensso petitorio, vt in prædic.decre.de ord.cog.c 2.

Plura de hac materia vide apud Specula.lib.2 par.1.ti.de petito.& possesso.& spo.

¶Notatio.

In Summa, nota secūdum Baldum, quod vbi duo contendunt de possessione,& quilibet dicit se in solidum possidere, & vnus turbat alium in possessione, nec vult vnus de alio conqueri, nec vult vnus alteri libellum dare, quasi sustineat partes rei, & commodo possessionis fungat: tunc iudex potest ex officio suo eos citare & cogere suam petitionem offerre: vel potest illud iudicium possessorium sine libello determinare, recipiendo probationes vtriusq; partis: vt sciat quis illorum subire debeat onera petitoris, & quis vtatur commodo possessionis arg. ff.de lib.cau.l.liberis etiam.para.si quis ex seruitu.

¶Regula.

Regula est: Spoliatum ante omnia restituendum, quæ tamen multas habet limitationes.

¶Limitationes xxv. ad prædictam Regulam.

1 Cum Spoliatio fit a iudice in figura iudicij.2 q 1.c.notum.

Secus, si non in figura iudicij, vel si ab alio quocumq; fiat. Nam tunc fiet restitutio, ex.de rest.spolia.c.in literis & se.

2 Intrusio in Romanam sedem.3 q1.c.deus.para.patet 23,distin.c.in nomine,& est speciale in Romana ecclesia.d.para. patet.

3 Dilapidationis suspitio.3 q 2.cap.quia ea. Sed hodie non spoliatur quis, nisi dilapidatione probata, ex.de Simonia.c. licet heli.para.quia vero.

4 Criminis enormitas, 2 q 5.c. super cauſſ.
5 Infamia publica, 2 q 5.c.presbyter.
6 Criminis euidentia, 2 q 1.c. de manifeſta. & c.ſcelus. & ex.de accuſ.c.euidentia.
7 Simonia, ex.de diuort.c.ſignificaſti, & de ſimonia c.accuſatum, & c.tanta.
8 Contumacia. 3 q 9.c.decernimus.
9 Scandalum. 3 q 6.c.hæc quippe.
10 Abſentia iuſta de cauſſa malitioſa, extra de offi.deleg:c.conſultationibus.
11 Cõtinuata deiectio, 3 q 1.c.deus. para.fi.ex. de reſtitu.ſpo.c.olim.
12 In modum exceptionis probata ſpoliatio, ex.de ord.cog.c.cum dilectus.
13 Rei iudicatæ exceptio, a qua non eſt appellatum. 2 q 6.c.ei qui appellat.para.diffinitiua.
14 Pacti vel iuſturan, exceptio ſecundum q̃ſdam, ex.de reſt.ſpolia.c.accepta.
15 Si quis ſub conditione poſſidet. ext. de reſti. ſpo.c.olim.
16 Si ex gratia vel precario poſſidet. 10 q 3.c. quia cognouimus ex. de exceſſi. præla. c. cum ad quorundam.
17 Si poſſidet vt colonus, ff. de vi & vi arm.l. cum fundum.
18 Cum a malefidei poſſeſſore res peruenit ad verum dominum, ex.de ord.cog.c.2. verſ. verum &.C.de preſcript.30 vel.40 anno.l.ſi quis emptionis, para.ſi.autem.
19 Cum prædo ſpoliatus & verus dominus rei concurrunt eodem tempore in rei repetitione, ff. depoſiti leg.bona fides, extra. de reſti.ſpoliat. c.in literis.

20 Excom-

20 Excommunicatio, ex. de iud. c. intelleximus & de excepti. c. cum inter. 11 q 3 c. rursus.

Vbi autem quis est iniuste excommunicatus vel suspensus, ante omnia restituendus est, si petat vt notatur. 2 q 2 c. nullus.

21 In omnibus illis casibus, in quibus audientia denegatur, vt notatur in vers. Si quis contra 23 distinct. c. 1.

22 Hæres, extra. de hæret. c. excommunicamus para. credentes.

23 Si spoliatus renuntiauit quæstioni spoliationis, ext. de restit. spo. c. 1.

24 Si spoliator non est soluendo. De restitutio. spoli. c. olim.

25 Cum spoliatus non habuit veram possessionem, sed solum detentationem, de resti. spolia. c. olim. Hi sunt casus qui restitutionem impediunt, siue in quibus restitutio denegatur.

Præterea in causis matrimonialibus certi sunt casus, in quibus viro restitutio vxoris denegatur vt notatur ext. vt lit. non contest. c. 1 qui casibus sequentibus continentur.

Octo casus matrimoniales in quibus non habet locum restitutio.

1 Si non continuit, extra. de diuortio. c. significasti.

2 Si mox probat impedimentum, extr. de rest. spo. c. literas para. Nos autem.

3 Sitq; vir austerus eo. li. c. ex. transmissa, & de sponsal. c. cum locum.

4 Mosi sit lege relicta extr. de diuort. c. gaudemus para. qui autem.

5 Si

6 Si virgo fuerit & corrumpi timeatur, ex. de proba. c. causſam matrimonij.

6 Si non poſſedit iuſte, ex. de reſtitu. ſpoli. c. ex parte.

7 Vel ſi violenter. d. c. cum locum, ex. de ſpon.

Caſibus his ſeptem domine non reſtituantur.

8 Et octauus. Si vir ſit excommunicatus, vel contra. ex. de adulte. c. p.

Primæ partis ordinis ſeu proceſſus Iudiciarij, quæ diſpoſitiua dicitur, FINIS.

SECVNDA PARS PROCESSVS IVDICIARIJ, quæ diffinitiua appellatur.

DE LITIS CONTESTATIONE.



VPRA in prima huius processus iudiciarij parte, quæ præparatoria sunt ad iudicium, & quæ sæpe ante principalem caussæ ingressum in caussis vertuntur: explicauimus: quare nunc diuertendum est ad secundam partẽ, in qua ipsa iudicia diffiniuntur, id est, principales caussæ aguntur.

Quæ quidem secunda pars a lit. contestat. iudicij exordio incipiat, extra. de verbo. signifi. c. ex parte & 11 q c. quicunque. ff. de iurisd. omn. iudi. lege & quia.

Duratq; hæc secunda pars vsque ad sententiam diffinitiuam.

Porro principio in litis contestatione hoc ordine procedemus.

Ordo dicendorum.

Primo, quid sit litis contestatio.

Secundo, qualiter contestetur.

Tertio

Tertio, per quos.
Quarto, vbi.
Quinto, Quando.
Sexto, Quis sit effectus eius.

¶ Quid sit litis contestatio.

Est autem litis contestatio, principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam secura responsio, extra. de lit. contest. c. vnico, quod vide. & de electi. ca. dudum, & in verbo præpositam. C. de iudic. lege rem non nouam. paragra. patroni.

¶ Qualiter fiat litis contestatio.

1 ADVENIENTE termino ad respondendum libello, Iudex faciat legi terminum. Quod semper debet facere: quotiescunque partes corã eo cõparent: vt sciatur super quo sit procedẽdũ.

2 Surgat aduocatus (id est, procurator) actoris & libellum actoris legat, cuius copiam reus habeat: quo lecto, petat a iudice, vt eum cogat respondere.

3 Reus cautus sit, vt inspiciat an copia libelli concordet cum originali: & facta collatione diligenti, si non concordat, corrigat.

4 Si concordat, inspiciat aduocatus rei. an contineat aliqua ambigua, vel obscura: & priusquã respondeat, faciat ea obscura & ambigua declarari, extr. de libel. ob. c. fin.

5 Omnibus his expeditis, vt su. dictum est de libel obl. actor dicat: Domine iudex postulo, vt facias litem contestari super libello meo.

6 Dicat iudex & quærat ab actore: petis sicut lectum

lectum est,& credis te iuste ita petere? Si dicat,sic: tunc iudex reo præcipiat,vt litem contestetur. Et interroget reum,an sinit vel credat esse vera, quæ in libello ab actore petita sunt. Respondeatq; reus sic:vel non, secundum quod causa vel res expostulat.

7 Tandem litem contestetur sic, sub his vel similibus verbis:Litem contestando,non credo in libello posita esse vera:vel, nego me teneri ad ea q̃ in libello petuntur:vel dicat, nego narrata prout narrantur,& dico petita fieri non debere.

Cum hoc sic protestando,si velit:Saluis oĩbus iuribus,defensionibus, mihi competentibus,& bñficio reconuentionis saluo. Vide Spe.li.2.part.1. de lit.contestat.

¶Duo requiruntur ad litis contestationẽ.

1 Animus litem contestandi: qui ex verbis aptis propositis ad litem contestandam præsumitur, quia humanæ aures talia verba indicant, qualia foris sonant c.humanæ aures.22 q 5.

Quo fit,vt si quis aperte protestetur, se dicere & respondere animo non contestandi litem, licet postmodum vlterius in responsione procedat, vel in narratione facti:nõ tamen fit lit.contestatio,argu. ff.de leg.1.le.Si mihi para.Interdum:& leg. Si ita sit scriptum.

Potestatio enim debet aliquid operari,ext. de constit.c.cum M.& ibi gloss.in verbo præiudicio. Vide hic latius Speculat.

2 Verba apta,i.per quæ possit intelligi vel prę sumi lit.contestatio,c.ista sufficiunt per d.c. humanæ aures,extra.de sponsa. c.tuæ.

¶Per quos fiat litis

contesta-

contestatio, nempe per

Principales personas, si sint tales quæ possunt in iudicio esse.

Procuratores legitimos principalium personarum.

Tutores & Curatores.

Syndicos vel actores C. de iud. leg. rem non nouam para. Patroni, & C. de procu. l. procuratoribus, & l. Neq; ff. de procurat.

Sed etiam ex his ff. de iud. l. licet extra. de dol. & contum. c. prout, & de iurament. calum. c. cum cauſſam.

¶ Vbi fiat litis contestatio.

Coram iudice suo, extra. de elect. c. dudum. 2. ibi per petitionem in iure, id est, coram iudice & de lite. contestat. c. vnico. ibi in iure. ibi per petitionem in iure.

Coram arbitro quoque ff. de excep. l. i.

¶ Quando fiat litis contestatio.

1 Porrecto libello & datis inducijs ad deliberãdum. 3 q 3 c. offeratur.

Et ideo volunt quidam, quod non valeat litis contestatio, nisi prius libellus fuerit porrectus vel partiũ cõsensu remissꝰ, nisi cõtraria sit cõsuetudo.

In multis enim locis de more libellus non datur, & tamen valet quod agitur in iudicijs. Vide Speculatorem.

2 Antequam iuretur de calumnia, vel de veritate dicenda, & priusquam fiant positiones.

3 Super omnibus exceptionibus dilatorijs, & iura

iuramentum de calumnia præstari debet

Tamen si negligenter omissa fuerit litis cõtestatio, nihilominus valebit processus ff. de iureiuran. l. Iusiurandum paragra. qui iusiurandum, ex. de offi. deleg. c. prudentiam paragra. Sexta in verbo, ex confessione.

Ex quo loco satis colligitur, quod super exceptione debet lis contestari inter partes & iurari de calumnia. Vide gloss. in d. verbo ex confessione.

Et nota hic, quod in breuibus litibus nõ fit lit. contestatio. Vide Speculatorem.

¶ Quis sit litis contestationis effectus.

1 Quod lite contestata iudex non recusatur.

2 Per eam omnis personalis actio perpetuatur .i. facit vt vsq; ad 40. an. extendatur, & postea trã sit ad hæredes, C. de præscri. 30 vel 40 an. l. Sæpe.

Sed excipitur actio de dolo, quæ nõ perpetuatur per litis contest. C. de dol. le. vlt.

3 Interrumpit quamlibet præscriptiõem. 26 q 3 c. Põt. Etiã si facta sit corã arbitro C. de arb. l. p.

4 Post eam nulla exceptio dilatoria obijcitur ex. de re. iud. c. Inter monasterium.

5 Post eam non potest reuocari mandatũ procuratoris, nisi certis in caussis ff. de procura. l. post litem & l. sequen.

6 Post eam procurator & tutor tanquam domini litis procuratores cõstituere põt. C. eo. l. neq;.

7 Post eã delegatus ab alio q̃ a principe, põt alij caussam committere. ex. de re iud. c. cũ Bartoldus.

8 Post eã iuratur & probationes recipiunt, q; ante nõ fit regulariter, ex. vt lit. nõ cõtest. per totũ.

9 Post eam clauditur via multis malitijs & reus iudici subijcitur & obligatur actori.

¶De iuramento calumniæ.

QVoniam statim facta litis contestatione iurandum est de calumnia, recte igitur sequitur de iuramento calumniæ: pro cuius declaratione hoc ordine procedemus.

¶Ordo dicendorum.

1 Quando iurandum sit.
2 Quibus caussis.
3 A quibus.
4 Qualiter.
5 Quæ sit pœna iurare nolentis.

Est autem iuramentum de calumnia, cum qs iurat se bona fide, & non animo calumniandi agere, vel rñdere, egisse vel respondisse: & qꝫ sibi lis quã agit iusta videtur, si sit actor: si reus, quod sibi iuste videatur se ad petita non obligari, ext. de iura. calũ. c. i. vbi & bonã glos. vide in verb. criminali.

¶In iuramento quinqꝫ sunt capita.

1 Quod credat se bonam caussam habere.
2 Qđ interrogat⁹ nõ negabit, qđ verꝫ eẽ credit.
3 Quod non vtetur falsa probatione.
4 Quod dilationem in fraudem non petet.
5 Quod nec dedit, nec dabit, nec promisit, nec promittet aliqd pro hac caussa nisi illis pſonis, qbus leges dare pmittũt C. eo l. 2 & Auth. principales & in Auth. vt litig. iurent, in prin. col. 9. para. 1.

¶Quando iurandum sit de calumnia.

Est autẽ iuramentũ de calũnia præstandũ generaliter post lit. contest. in contínẽti, ex. eo. c. cum caussam in fi. & c. i. & 2. & de elect. c. dudũ. 2. ibi lite vero corã nob legitie cõtest. pstitoꝫ &. C. eo. l. 2 C. de iud. l. Rem non nouam, in medio legis.

Et si tacire fuerit omissum ab initio, poterit peti in

ti in quacunq; parte iudicij vt iuretur.

In casibus tamen aliquibus etiã ante lit. contestationem iurari potest, puta cum propter rei contumaciam faciẽda est missio in possessionem, vt sup. dictum est, de. i. & 2. decreto.

¶Et pro clariore notitia est aduertendũ, quod multipliciter iuratur, vt scilicet partes a probationib. exonerentẽ. vt veritas caussæ manifestẽ et calũniosa petitio defensiõe euitẽ, C. eo. l. i. & in Authẽ. de his qui ingred. ad appel. paragra. fi. col. 5.

Præterea in exceptionibus iuratur ante lit. cõtestationẽ, sed non de calumnia, verũ de malitia.

Item caussa appellationis. Et breuiter, vbicũq; non est necessaria litis contestatio.

Et pro huius clariore notitia aduertendum est quadruplex esse genus iuramenti.

¶Quatuor iuramentorum genera.

1 Decisorium est, quando super principali negotio iuratur, sic scilicet esse vt petitum fuerat: De quo hic nihil tractamus, sed inf. de iureiurando.

De hoc habes ex. de iureiur. c. fi. & de reb. red. l. generaliter. C. eam vide.

2 De malitia, quod præstatur super exceptionibus, vel cum aliquid loco exceptionis proponitur: & præstatur ante lit. contestationem vel etiam post, in quacunq; parte litis, vbi præsumptio est contra aliquem, quod aliquid malitiose proponat, ff. ad exhib. l. thesaurus, ex. de electi. c. dilecti.

Et potest iudex hoc exigere, non obstante q̃ de veritate dicenda, & de calumnia sit iuratum. Vide Specu.

3 De calũnia, s. vitãda, sicut in illo Pauli: Habet vnusq; suã pp fornicationem, sc; vitãdam,

vt 13. dist. c. nerui testiculorum prope finē. De quo iuramento hic dicendum.

Et est hæc eius forma: Ego. N. iuro, quod ea q̄ peto, non calumnioſe peto: ſed credo & existimo me illa iuste petere: sic me deus adiuuet, & hæc sancta dei euangelia.

4 De veritate dicenda. Et huius forma est talis: Iuro quod respondebo & dicam veritatem super quibus interrogatus fuero & non negabo, & scienter nullam probationem seu testimonium seu falsum instrumentum producam: sic me deus adiuuet De hoc habes C. de testi. l. iusiurandum. Vide latius Speculatorem.

Porro si qua alia iuramenta in iure reperiantur, facile ad ista quatuor genera reducuntur. Vide Speculatorem.

¶ In quibus caussis iurādum sit de calumnia, & in quibus non.

In omnibus caussis, exceptis spiritualibus in quibus non de calumnia sed veritate iuratur, extr. eo. c. literas.

Vide hic bonam gloss. in verbo rebus spiritualibus.

In criminalibus vt not. extra. eo. c. & ibi vide gloss. in verbo criminali.

In mixtis, vt extra. de procurato. c. tuæ, & ex. de accusa. c. super his. Et facit ad hoc. 11 quæsti. i. c. placuit. 15. q. 1. c. Frater noster. 14 quæst. 2. c. super prudentia.

In caussis appellationis, iuratur de calumnia si petatur, C. eo. l. 2 in prin. & in Authen. De his qui ingred. ad appel. para. illud. ff. de dam. infecto. l. q bona

bona,para.fi,ex.eo.c.1.

In causa iurispatronatus, dicunt quidam nō iurari de calumnia,sed de veritate,cum scilicet sit annexa spiritualibus,ex.de iure patron. c, ad aures.

In caussa modica dicunt etiam quidam non iurari,nam in ea & sententia sine scriptis lata tenet,& aliæ solennitates,propter exiguitatē caussæ omittuntur,C,de sent.ex.bre.recit. Authen. ni si. Vide.

In instantia triennio finito iterum iuratur. Itē si iudex in medio triennij mutetur

In quæstionibus incidentibus vel emergentibus non videtur iurandum esse,cum in principali iuratum sit,& idem iuris sit in principali & in accessorijs, vt ex.de off.deleg.c.prudentiam in fi. Et quia semel tantum iuratur,C.eo. Authen. in isto. Sed hoc verum est in eadem caussa

In omnibus exceptionibus etiam declinatorijs est iurandum de calumnia.C.eo.l.1.& probatur,ff.qui satisda.cogun.l.de die,para.fi.

In prætorijs stipulationibus iurabitur de calūnia,C.de iura,calum,l.1.ff.de dam.infect. l. prætor in prin.& l.qui bona,para.fi. Vide hic latius Speculatorem

¶A quibus sit iurandum de calumnia

Principales personæ debent iurare regulariter,& primo actor & postea reus.C.eo.l.2. para. 1.& 2.& Authen.principales,ex.eo.c.3. & c. cæterum.

Tutor, curator, œconomus, Syndicus, Actor & procurator vniuersitatis. C. eo. le. 2. & Authen. Principales. Insti de curato. para. fi.

Episcopi & Archiepiscopi & orphanotrophi & omnes alij qui legitimam habent administrationem, vel a lege, vel a iudicis authoritate C. de episcop. & cleric. lege orphanotrophos extra. eo. c. tertio & 4. & cap. cum causſam ff. de condit. & demonstration. lege municipibus. Vide Speculatorem.

Procurator non iurat de calumnia, C. eo. le. 2. para. Sinautem.

¶ Qualiter sit iurandum de calumnia.

Satim lite contestata Iudex actori sic proponit iuramentum: Tu iurabis, quod non calumniose petes, sed quod credas te iuste petere. C. eo leg. 2. in princ. vers. & actor & Authen. hoc sacramentum, Insti. de pœn. temer. litigant. paragra. Item actores.

Respondebis super his veritatem, de quibus interrogatus fueris, & eam non negabis. C. eo Authen. In isto iuramento.

Non vteris scienter falsa probatione, siue in testibus, siue instrumentis, siue in alia specie probationis. Sed hoc potius de consuetudine quã de iure fit. Nam de iure debet dici sic: Tu nullam probationem exiges, nisi quam pro veritate credes necessariam, vt in d. Authen. in isto sacramento, C. eo.

Iurabis, quod non corrupisti iudicem neq; corrumpes vel tabellionem, nec dedisti, nec dabis, nec promisisti, nec promittes aliquid per te vel per inter-

interpositam & mediam personam pro hac causa vt sententia feratur pro te, nisi illis personis quibus iura dare permittunt, scilicet notario, aduocato, & alijs C. eo. l. 2. Authen. principales

Quod dilationem non petet gratia litis differendæ C. eo. l. 2. in prin. vers. reus.

De pœna nolentis iurare de calumnia

Actor iurare nolens de calum. vel de veritate dicenda ab instituta cadit actione per sententiam.

Reus nolens iurare de calum. vel veritate patiatur condemnationem, quia pro confesso habetur. C. eo. l. 2. para. quod si actor, & para. Si autem reus, ex. eo. c. fi. in Authē, vt litig. iur. para. 1. Vide hic latius Speculatorem

De positionibus.

QVoniam post iuramētum de calum. vel de veritate præstitum probationes vtriusque partis sunt recipiendæ, & positiones inuentę sunt vt per eas partes releuentur ab onere probationum, vt infra dicemus, præstito iuramēto de calum. statim debet dari terminis ad faciendum positiones

Et ideo recte iam de positionibus dicemus, idque hoc ordine, vt sequitur

Ordo dicendorum.

1 Quid sit positio, & vnde originem traxerit.
2 Quare fiant positiones, & de ipsarum effectu.
3 In quo differant ab interrogationibus et qs eas facere vel formare debeat
4 Quando sint faciendæ
5 Qualiter sint faciendæ
6 De responsionibus ad eas
7 Quibus modis positiones impugnentur, et de cautelis circa eas
8 De effectu positionum
9 De pœna non respondentis vel falsa respõdentis,
10 De quibusdam dubijs

¶Quid sit positio, & vnde originem traxerit.

Positio est dictum loco interrogationis positum: Nam quod olim sub forma interrogationis ponebatur, hodie de plano ponitur, verbi gratia:

Volebam te conuenire nomine hæreditario, & dicebam sic: Domine iudex interroges aduersarium meum. an ipse sit hæres talis, & ex qua parte sit hæres, vt supra de actioni. interrogatorijs,

Hodie vero sic dicitur: Pono talem N. esse hæredem talis. Item pono secundo eum esse ex asse hæredem, arg. ex. de lit, contest. c. vnico

Vel sic: Positio est breuis verborum formula mentem ponentis continens, ad veritatem elicien dam concepta, vt iam inf. dicemus

Traxit autem originem positio nõ solum ex vsu

vſu hominum in cauſſis inolito, verum etiam ex lege antiqua, vt patet ff. de leg, 3. l. offidius, para. ex diuerſo ibi pone inquit in credito, etiam de iure nouo, vt ex. de confeſſ. c. Statuimus, libr. 6. ex. de litis conteſt. c. vnico. ibi cum non per poſitiones, de elect. c. dudum, & ibi factis poſitionibus.

Nota autem, quod articulus idem eſt quod poſitio. Et dicitur pars intentionis, continens illud quod actor probare intendit. Facit c. veniens, & ex. de teſtib. lib. 6.

¶ Quare fiant poſitiones, & de effectu.

Inductæ ſunt poſitiones, vt ponens releuetur ab onere probationis per confeſſionem aduerſarij ex. de confeſſis. c. Statuimus lib. 6. ff. de iureiu. l. eum qui, reſpon. 1.

Prius debent poni poſitiones quam ad genus alterius probationis veniatur

¶ In quo differant poſitiones ab interrogationibus.

Primo differunt poſitiones ab interrogationibus forma tantum, & nõ eſſentia. Nam quod hic ſimpliciter & aſſertiue, ibi ponitur interrogatiue.

Secundo interrogationes ſpecialiter fiunt ante litis conteſtationem, & quandoq; a iudice, & quandoque a parte, ff. de interrog. actib. l. Si ſine, para. interrogationes

Poſſunt tamen etiam fieri generaliter, & quãdo partes ponere non poſſunt ex. de fide inſtru. c. cum Iohannes, prope fi.

Poſitiones autem proprie fiunt poſt litis con

test. & post iusiurandum

¶Quis positiones formare possit.

Fiunt positiones ab vtraque parte hinc & inde, ex, de dolo & contum. c. prout, & de litis contestat. c. vnico, & de elect. c. dudum, c. 2. circa medium.

Et ratio est, quia succedunt loco probationum, & reus quandoque probatione oneratur, vt pote in exceptio. in quibus fit actor ff. de except. l. 1. & l. in exceptionibus

Item patronus aduersarij potest ponere & interrogare. Item aduocatus. Item assessor potest interrogare. Item notarius interrogat, vel etiam alius, cui iudex commisit

Verum secundum communem consuetudinē formabit positiones seu interrogationes aduocatus vel alius eius consilio, sicut etiam libellum formatseu dictat

Et ratio est, quia tangunt ius: & quicquid ius tangit, expediendum est per aduocatum, C. de aduoca, diuersi modi. l. aduocatus

¶Quando faciendæ sint positiones.

1 Cum succedunt in locum probationum, & eas imitari debent. Generaliter vbicunque probatio admittitur fieri, positiones faciendæ sunt

Quo fit, vt fiant ante lit. contest. super exceptionibus dilatorijs. Quæ tunc habent probari. ext. de lit. contest. c. vnico

Verum-

1 Veruntamen super principali non fiunt ante lit.conteſt.regulariter, vt ſup.dictum eſt.

2 Regulariter fiunt poſt lit.conteſt.& non ante in principali, vt & probationes extra.de lit. nõ conteſt.c.quoniam frequenter, in princ.

3 Fiunt etiam poſt iuſiurandum in cauſſa præſtitum, quandoquidem & poſitiones & reſponſiones fiunt per iuramentum.

4 Poſſunt fieri & poſitiones & interrogationes ſuper quibuſlibet dubijs, vſquequo fuerit in cauſſa concluſum, etiam publicatis atteſtationibus: ſicut fit in inſtrumentorum productione, vt ext.de fide.inſtru.c.cum dilectus, Rñ.1.

Et eſt ratio, quia in inſtrumentis & poſitionibus non timetur ſubordinatio, vt in teſtib. vide hic latius Specula.

Veruntamen ſi ante concluſionem ſit datus terminus peremptorius ad exhibendũ omnes probationes, volunt aliqui, & forte bene, quod poſt talem terminum non poſſint fieri poſitiones, cum ipſæ loco probationum ſuccedant. Et datur hæc regula.

¶ Regula.

Quandocunq; aliquid intẽdis probare, priuſq; terminũ ad probãdum recipias, facias poſitiones, per quarum reſponſiones forte liberaberis ab onere alterius probationis: quod mente tenendum.

¶ Qualiter fieri debent poſitiones.

1 In pleriſq; locis non fiunt poſitiones, ſed lite conteſtata præſtitoq; iuramento ſtatim iudex ſuper ſingulis articulis ſimplici reum interrogat.

Verum

Verum in Curia Ro. & fere vbiq; positiones formantur,

2 Quando fiunt ante lit. contestationem super exceptione excommunicationis sic proposita: Coram vobis d. Iudex dico. N. esse excommunicatū quia percussit. N. clericum: quare in causa quam contra me agit, non est audiendus.

Tunc si ille negat se esse excommunicatum, vel se percussisse talem, vel illum clericum fuisse, excipiens sic formabit positiones.

¶Pono, quod

Percussisti talem. N.
In tali parte corporis.
Baculo vel pugno.
Tali die.
In tali loco.
Talib. presentibus. N. & N.
Turbatus ex tali causa.
Animo iniuriandi.
Ille erat tunc temporis clericus.
Sciebas eum esse.

Hæc si actor confiteatur, probata est excommunicatio per suam confessionem, ex. de offi. deleg. c. prudentiam.

¶Pro clariore tamen huius rei declaratione accipe formam generalem positionum actionis realis quæ talis est.

¶Forma positionum actionis realis.

Positiones & articulos infra scriptos ac contenta & descripta in eis omnia & singula dat facit & exhibet coram vobis honorabili d. N. officiali, &cæt. Procurator & nomine procuratorio talis

talis actoris, &c. medio suo iuramẽto in tali causa, &cæ. Quibus omnibus petit singulatim per talem reum responderi per iuramentum suum sufficienter & clare per verbum credit vel non credit, offerens se ad probandum negata, ad superfluam tamen probationem se non astringens. Impri mis ponit & probare intendit, quod anno tali. N. in campo talis loci, talem fundum cuius confines infra specificantur, habuit ad eum pertinentem. Item ponit, q̃d idem. N. anno p̃dicto die tali, &c. fundum huiusmodi Titio actori prædicto ementi vendidit pro 20. flo. Item ponit, quod ipse Titius precium prædictum prædicto. N. venditori numerauerit. Item ponit, quod. N. dictus eundem fundũ a tali tempore violenter iterum possidet, occupat & eum Titio restituere refragatur, in periculum animæ suæ. Item ponit, quod de præmissis omnibus & singulis fuit & est publica vox & fama. Dat etiam libellum pro parte sua oblatũ, pro positionibus & articulis ac producta & producenda in huiusmodi caussa, inquãtum sufficiunt pro parte sua & non vltra, nec nõ de notoriis, signis, & sigillis. Saluo iure addendi, minuendi, declarandi, supplendi vt moris est.

Ex hac forma licet prospicere, quo pacto & in aliis sint formandę positiones. Vide Spe. titu. de testi. li. 1. par. 4. para. Nunc videdũ, & in tractatu libellorum, ibi quasi per singulos titulos in materijs formantur positiones.

Regulariter fiunt positiones, vt supra dictum est, post lit. contest. super principali, ad quod hac via peruenitur.

Formans enim positiones habeat libellum p̃ oculis, vt ex ipsius tenore positiones formet: & cõsideret

sideret diligenter, quid eum probare oporteat. Super omnibus quæ probare habet, faciat positiones: & cauillose per quæcunq; diuerticula poterit, reum trahat actor ad suam intentionem per positiones. ff. de verb. sig. l. natura cauillationis, & de reg. iur. l. ea est natura.

Sed hæc non scribimus, quod nostra doctrina te in dolo instruere velimus, sed vt fraudibus obuiare possis.

4 Positiones debent fieri super contentis in libello, vel ad ea pertinentibus ex parte actoris, q̃ ad fundandam eius intentionem. Ex parte vero rei quo ad extenuandam. 4 q 4. c. 1.

Item debent fieri super facto aduersarij: alias non cogitur ad factum alterius respondere, ff. pro socio. l. si. in fi. ff. si vsufruct. pe. l. vsufructus. ff. Si pars hære. pe. l. 1.

5 Formatæ positiones iudici sunt in scriptis oferendæ, ex. de proba. c. quoniam contra, vt certus sit qui interrogatur, & super quo respondere debeat, cognoscat. ff. de confess. l. certũ: & vt tam pars quam iudex videant an sint admittendæ vel reiciendæ.

Quare debet eas iudex examinare, an faciant ad causſam, an sint possibiles, non captiosæ, non negatiuæ, & sic de alijs: idq; partibus præsentibus

Et si videat eas recipiendas, priusquam respõdeatur faciat eas redigi in actis, ne aliqua variatio fiat. ff. de re iud. l. acta.

6 Oblatis ab actore positionibus quærat iudex a ponente: Ponis tu vel credis per iuramentum a te præstitum, quod in his positionibus continetur. Et si respondeat quod sic: tunc conuertat se ad eum, contra quem fiunt positiones, & illum ad

horte-

hortetur vt habita animæ ſalutis ratione nihil horum neget quod verum ſit. Vide Specu.

7 Ponens non ſemper tenetur dicere quod ſciat, ſed ſufficit dicere, quod credat, vtputa vbi iuratum eſt de calumnia.

8 Poſitiones ſic formandæ ſunt, vt fundent intentionem ponentis conſiderata natura propoſitæ actionis.

Si igitur agis de dominio, conſidera quæ ſint neceſſaria in probatione eius. C. de probat. l. cum res. ext. eo. c. licet ff. de rei vendica. l. in rem actio.

¶ De reſponſionibus ad poſitiones.

1 Qui reſpondere debet ad poſitiones, diligenter aduertat an ſint pertinentes illæ poſitiones, an ſuperfluæ, vel non.

2 Diuini iudicij illi qui reſpondere debet, facta intimatione, debet reſpondere.

3 Reſponſio eſt ſcribenda, modo iudicium ſit in quo acta ſcribantur.

¶ Eſt autem admodũ vtile quod ſcribatur reſponſio, vt de ipſa poſſit conſtare, & ne ſuper eodem articulo reſpondens iterũ interrogetur. Quod fieri non debet, ſiue prius negauerit, ſiue confeſſus fuerit. ff. nan. caupo. & ſtabul. l. licet ex. de iudi c. atſi in fi. ibi cum ſuo ſit functus officio.

Niſi nouum quid emergeret. ext. de iura. calũ. c. cæterum: vtputa, ſi acta priora eſſent perdita, vel aliquid ſimile.

Et ſi iterum iudex ſuper eodem articulo eum interroget, grauat ipſum & iniuriam facit, & quaſi anceps periurium eum facit ſubire, ac vulgi infamiam incurrere.

4 Sit

4 Sit cautus ille contra quem ponitur, vt saluo Sacramento iurisiurandi pronior sit ad negādum, quam ad confitendum: maxime vbi pendent positiones ex facto alterius: quia tunc potest habere credulitatem suam, ad sic vel non, & sic actori incumbit onus probandi, ff. de probation. leg. ei qui dicit.

5 Non debet respondere ad ea de quib. non fuit in iuramento intellectum, vt de his quæ non sufficiunt ad causſam, ff. de noxali. l. quotiens. para. fi. & de iureiurando. l. qui iurasse. para. pe.

Responsio namque solum referri debet ad id quod principaliter quæritur, & non ad id quod implicari potest.

6 Ad penitus incertum non tenetur quis respō dere. ff. de iureiuran. l. qui iurasse. para. 2. nec ad impertinens, vt dictum est.

¶ Quibus modis positiones reprobentur, & de cautelis circa eas.

1 Positioni superfluæ non est respondendum, vtpote quæ eadē est cum iam facta, vel cum iam confessa, siue cum iam negata, vel si sit contraria iam factæ, vel iam negatis vel confessis vt videatur positio contra positionem facta, quibus casibus non est respondendum, ex. de testib. cum tu. & de iureiutan. c. veniens in fi. C. Si aduersus vendit. l. fi. ff. de petitione hęre. l. Si quis libertatis. para. fi. vide Speculatorem.

2 Positioni impertinenti ad negotium non est respondēdum. Vide Speculatorem multa iura ad hoc adducentem. Nobis satis est tibi viam indicemq; exhibuisse.

3 Positioni obscurę non cogeris respondere, ni si declaretur. Talis autem obscura non est protinus abijcienda.

4 Positioni ponenti aliquid, ad quod non tu sed alius respondere debet, nō cogeris respondere.

5 Positioni ad cuius responsionem præiudiciū fieret tibi respondenti, quasi ex quadam præcipitatione non compellere respondere, ff. de interrogat.acti.l.qui interrogatur & l.seq. vide Spe.

6 Positioni quæ talis est, cui non sit respondendum, non cogeris respondere: vt si filius qui se ab hæreditate paterna abstinuit, trahitur in iudicium quasi hæres: & trahens sic dicat: Pono te esse hæredem, certe non cogitur respondere. ff. de interrogati.actio.l.Si filius.

7 Positioni negatiuæ non est respondendum, quia qui negat non ponit, sed remouet: sive sit negatiua explicita sive implicita. Vide latius Spec.

8 Positioni generali in genere generalissimo non est respondendum. Verbi gratia sic dico: Pono mihi fundum dari debere. Vel sic: Pono, quod. N. mihi debet aliquid.

Quia talis est respuenda, præstando enim fundum vnius digiti vel festucam liberaretur is contra quem fit.

Nimia enim generalitas parit obscuritatem, & obscuræ positioni respondendum non est, vt supra visum est.

9 Positioni captiosæ non est respondendum. Verbi gratia: Pater conuentus iurauit nihil esse in peculio, vt constat, tutus est exceptione iurisiurandi: nisi pro rebus postea quæsitis, pro quibus

conueniri potest. Finge igitur, quod post iusiurandum aliqua res in peculio inueniatur, quæ tum erat in veritate, & ponit aduersarius sic: Pono, qđ hæc res eo tempore quo iurasti, erat in peculio. Certe non tenetur pater ad eam positionem respõdere, propter inconueniens quod sequeretur. Si em confiteretur periurum se faceret. Si vero negaret deieraret, cum in veritate fuisset in peculio.

Et preterea ei non prodesset exceptio iurisiurãdi, & posset conueniri pro rebus pro quibus iurauit: quod est inconueniens. Vide Specula.

10 Positioni multiplici seu implicitæ, & implicanti in se plures articulos seu plura dicta, non est respondendum. ff. de iure fisci. l. ita fidei. Verbi gratia: Pono Titium filium Meuij, & mihi debere centum. Ista positio duo complectitur, quorum vnum potest esse verum, alterum falsum simul & semel.

11 Positioni quæ est de iure non est respondendum. Verbi gratia: Pono quod impubes non possit facere testamentum, vel pono talem legitime vel secũdum iuris ordinem vel rite processisse, vel aliquid canonice vel rite vel iuste factum esse.

Certe his & similibus positionibus non cogitur quis respondere. Nam non cogitur quis probare ius scriptum, sed factum ex quo ius oritur Vide Speculatorem.

12 Positioni calumnioſæ non est simpliciter respondendum, sed caute & cum deliberatione.

Est autem positio calumniosa, quę per quandam calliditatem & subtilem interrogationem inducit ad concedendum, quod iam negatum est: vt si in prima positione aduersarius meus negauit Lucium fuisse suum procuratorem, deinde ego pono, quod

no, quod vendidit vina tua. Item, quod culturam vinearum tuarum administrauit. Item, pono quod mandasti ei vt quæ præmissa sunt, vel aliquid ex eis, faceret. Si enim hoc concedat, manifeste concluditur contrarium eius quod prius negauerat. Vide Specul.

13 Positioni impossibili vel cõtra naturam aliquid ponenti non est respondendum, nec talis admittenda est. Puta, si ponat quis virginem peperisse, præter Diuam virginem Mariam.

14 Positioni quæ est super crimine tuo, non teneris respondere. Quia non cogitur quis se criminosum respondere. Vide latius Speculatorem.

15 Verum si dubium sit, an positio sit impertinens, debet responderi præmissa solita protestatione, scilicet saluo iure impertinentium, & non admittendarum, &cæt. vide hic additiones Iohannis Andre. super Spe. Et formam huius statim subiungam.

¶De modo respondendi ad articulos, seu positiones.

Factis & oblatis positionibus, si sint pertinẽtes, clare & certe debet ad eas responderi, de testi. c. præsentum. li. 6.

Imo si interrogatus super positionibus & iussus nolit respondere, positiones habentur pro confessis, nisi legitima causa recusantem excuset. c. 2. de confess. li. 6. & ibi gloss.

¶Exceptiones contra positiones.

In termino igitur prędicto, puta ad dicendum contra positiones & articulos vel eis respondendum statuto, solent quandoque dari exceptiones contra positiones & articulos, sub hac forma vel simili.

¶Forma exceptionum contra positiones

Contra positiones & articulos oblatos per talem Titium actorem vel talem ipsius procuratorem in caussa talis fundi, procurator procuratorio nomine talis rei Titij, &cæ. proponit & dicit excipiendo, quod huiusmodi prętensæ positiones & articuli sunt generales, nimis obscuri, incerti, informes, indeterminati, dubij, multiplices, indefiniti, iure captiosi, de facto alieno & impertinentes, & tales quę minime releuarent actorem probati vel confessati, & eis inquantum pro positionibus dantur, non est pro parte rei respondendū. In quantū vero offeruntur vt articuli, nullatenus sunt admittendi, vt in eorū inspectione patet euidenter, & latius, si fuerit opus, deducetur.

Quare prædictus procurator rei petit per vos pronūtiari, decerni, & declarari positiones & articulos præassertos non esse admittendos, sed reijcendos fore, ac reijci & repelli: partem ream ab instantia iudicij absolui & actorem sibi in expensis legitimis condemnari: saluo iure addendi, diminuendi, &cæ. vt supra diximus in materia libellorum.

¶Forma responsionum ad positiones.

Procurator nomine procuratorio Iohannis rei

rei, saluo iure impertinentium & non admittenda rum positionum & articulorum prætensorum Titij actoris, sic quod responsitiones, quas forsitã ad impertinentes & indiuisibiles positiones huiusmodi fieri contingit: pro nõ factis habeantur, dat, facit, exhibet, medio iuramẽto rñsiões inf. scriptas.

Imprimis enim procurator Iohãnis prædicti respondendo ad eam non credit & cæ. ad secundam & cæt. non credit. Tertia dependet a secunda negata, similiter & quarta. Ad quintã credit se fundum possidere, & eius restitutionem Titij & assignationem iuste contradicere. Et finaliter credit de confessatis, & negat de negatis.

¶De effectu positionum.

Effectus positionũ is est, q̃ ponit aliquid eo ipso quod ponit, videtur confiteri id quod ponit, nã non debet quis ponendo asserere, nisi id, quod scit vel credit. Vide Speculatorem, qui latius hæc discutit.

¶De pœna non respondentis vel falso respondentis.

Falso confitentis ff. de interrog. actio. lege. Si quis in iure interrogatus & leg. de ætate paragra. 1. &. 2.

2 Falso negantis, eo. ti. l. non alienum.

3 Tacentis d. l. de ætate para. qui tacuit. Sed limita, vt Specu. hic.

4 Non respondentis ad interrogata ea. l. para. quod autem & l. Si defensor. para. 2. in fi.

5 Obscure rñdentis d. l. de ætate. para. nihil.

Dolum committentis circa rem de qua agitur, co.ti.li.Si seruus non sit, in fi.

Quilibet præmissorum tenetur, vel pro mendatio, vel pro contumacia, vel pro dolo. Vide Speculatorem.

¶De quibusdam dubijs

Multa occurrunt circa hoc positionum argumentum dubia, quæ apud Specu. tibi videnda relinquo. Nobis. n. hic sufficit viam saltem indicasse tyronibus.

¶De confessionibus

Factis positionibus reus quandoq; confitetur, quare post positiones recte de confessionibus dicendum venit.

¶Annotatiuncula

Illud tamen prius aduerte, quod factis respõsionibus, ponens siue positiones faciens, diligenter considerare debet, vtrum respondens confessus fuerit omnes positiones.

Quod si factum fuerit, insiet ponens apud iudicem vt pronuntiet: qa in cõfitentem nullæ sunt partes iudicis, nisi vt pronuntiet, ex. de transact. c. præterea. ff. ad. l. Aquiliam, l. prouidetur. para. fi.

Si vero negatæ fuerint omnes, petat terminũ ad probationes faciendas.

Si vero aliquæ negatæ fuerint & aliquæ cõfessæ, videat ponens an per confessas sua intensio satis probetur, quo casu similiter sententiam petat, vt sup. dictũ est: aliogn negatas positiões redigat in formã articulorum, & dilationem postulet ad probandum.

¶Quid & quotuplex sit confessio

Pœnitentialis, de qua hic non loquemur.

Iudicialis

Iudicialis, est certa & clara assertio, id est, responsio eius de quo quæritur in iure, coram legitimo iudice facta.

Et fit in iure tripliciter, scilicet ore, facti euidẽtia, & interpretatiue: quæ interpretatio sumitur ex contumacia. capi. nullus dubitet. de præsumptione.

¶ Quis sit effectus cõfessionis.

1 Quod confitens habetur pro confesso, C. de confess. leg. vnica.

2 Quod confitens se sua quodammodo sententia damnat. ff. de confess. l. i. in fi. Iuxta illud: Ore tuo te iudico, arg. 21. disti. c. nunc autem. 5. q. 5. qui quid nouerit.

3 Si certum confessus est, non restat nisi vt confessum soluat ff. de confess. lege certum para. fi. id q̃ in tempore a lege dato, quod currit a die confessionis ff. de iud. leg. Si debitori, extra. de off. deleg. c. quærenti, & extra. de re iudic. cap. quod ad consultationem.

Nec est necessaria sententia, & hoc est verum si non petijt libellum, sed in cõtinenti confessus fuit, dicens se nolle litigare.

Si vero libellum petijt & recepit, & lite contestata confessus est in forma iudicij: tunc sententi aliter a iudice condemnandus est ff. de confess. l. q Stichum, & l. Iulianus.

Procedunt autem prædicta in caussa ciuili. In criminali vero videtur, quod confessus non sit condemnandus, nisi aliter contra eum probetur, quia non habetur pro explorato facinore, vt ff. de quæstio. l. i. para. diuus & para. Si quis vltro, & parag.

quæstioni.

Sed illud locum habet in confessione per torturam extorta, in qua confitens non perseuerauit.

Si vero perseuerauerit, vel sine tortura confessus sit, tunc est condemnandus, vt ibi, & ff. de exhiben. & custo. reo. l. 61 confessus.

Sed vide de his latius Speculatorem.

¶ Qualiter confessio impugnetur, & quando non valeat.

1 A pupillo facta confessio non valet, quia ipso iure tutus est. 22 q 5 c. Paruuli.

Verum pubes minor. XXV an. bene obligatur ex confessione, sed restituitur, si læsus fuerit ff. de confess. l. certum para. pe. ff. de min. l. Si ex causa iudicari para. 2.

In spiritualibus autem tenet sententia lata cõtra minorem, vt extra. de restituit. spoliat. cap. ex parte.

2 Non valet confessio facta metu mortis, vt extra. quod met. cauſſ. c. i. vel etiã cruciatus causa, 31 q 2 c. Lotarius. Vel tormentorum, nisi perseueret in confessione.

3 Non valet, si fit per errorem facti, vnde reuocatur quandocunque ante sententiam errore probato, extra. de confessio. c. final. ff. eo. le. non fatetur, C. de iur. & fact. ip. l. error facti.

4 Non tenet pro se. 3 quæstio. c. si. testes, para. gra. Item nullus. Sed contra se bene tenet, & præiudicat.

5 Si fiat non coram suo iudice, extra. de iudic. c. at si clerici.

6 Si fit extra iudicium, vt infra dicemus cap. proximo.

7 Si

7 Si fiat absente aduersario vel procuratore eius ff.eo.l.certum para.ampe.ex.eo.c.2.

8 Si sit incerta. Debet enim esse certa, pura, & de certa re vel quantitate, ff.eo.l.certũ, in princi.

9 Si sit contra naturam.

10 Si sit contra rem fauorabilem. Vnde si ingenuus se confiteatur seruum coram iudice, nõ tamẽ in iudicio liberalis caussæ, non valet ff.de lib.cau. l.interrogatam. Vide Speculatorem.

11 Si sit super re non litigiosa ff.de interrog.actio.l.confessioni: vel si fiat in lite quæ non potest procedere, puta inter patrem & filium, dominum & seruum, ff.de iud.l.2. vel si impubes vel genitalibus carens & de adulterio accusatus, hoc confitetur: tunc non valet, quandoquidem hoc committere nequit, extra de frigi.& malefi.c.quod sedem ff, de adulte.l.Si minor.

12 Si sit super eo q̃d iurs non admittit ff.de interrog.actio.l.is cui parag.fi.vt quod Iudæus habet Christianum mancipium 54 dist.c. mancipia ext. deo Iudæ.c. Et ideo si Iudæus confiteat̃ se cũ Christiana matrimonium contraxisse, non præiudicat sibi, quia iura non admittunt tale matrimonium 37 q 1 c.caue.

13 Si facta sit a furioso, ff.de reg.iur.l.in negotijs, ff.de codicil.l.2.para.furiosus, extr. de succes. ab intest.c.fi.

14 Si fit a non domino, non obest domino. Vnde confessio procuratoris, tutoris, vel curatoris absente domino non potest obesse ff. de confession. lege certum paragra. Si quis absente, versicu. Sed an ipsos.

15 In præiudicium superioris facta, extr. de arbi.c.cum tempore.

16 Non præiudicat confessio super dote vel su per pecunia non numerata. C. de non nu. pecu. l. in contractibus, quam vide.

Quo fit, vt licet quis in instrumento confitea tur se dotem ab vxore accepisse, tamen talis con- fessio sibi non præiudicat, imo vxor eam repetens probare habet se eam numerasse. C. de dote caut. non nume. leg. i.

¶ Quæ & quando confessio præ- iudicet, vel non. In quo fic distinguendum.

¶ Confessio fit vel in iudicio, vel extra iudi- ciū. In iudicio: & subdistingue, quia aut fit in caus sa ciuili, vel spirituali. Et iterū distingue, quia vel quis confitetur certum.

Et non est sententia necessaria, vt sup. dixim⁹ Vel confitetur factum.

Et si quidem tale est factum, quod confitetur, cuius nomine cum alio potest esse actio, actionem quæ cum alio esse poterat in me propria confessio ne transfero. ff. de interrog. acti. l. confessionib. & l. si is cuius. Si autem cum alio actio esse non pote rat, non tenetur ff. de interrog. acti. l. Si ante para. mortuo. Et breuiter sic accipe: Cōfessio in iudicio facta præiudicat, dummodo facta sit legitime ex. co. c. 2 & 3 C. eo. l. vnica.

Aut fit in causa criminali & si p errorē qs cō- fessus est, nō nocet nec⁹ p̄iudicat: & pōt corrigere errorē suū. Si autē nō admittat̄ ad probādū errorē suum, poterit appellare, siue causa sit criminalis, siue ciuilis, ff. de confess. l. cum fideicommissum.

¶ Quando autem fit extra iudicium, iterum distingue. Nam fit vel super crimine: & iterum distin-

distingue, confitetur enim vel coram

Non suo iudice & non nocet, ex. de iudic. c, at si. Quia nullus puniēdus est, nisi per viam iuris, q̄ triplex est, scilicet accusationis, denūtiationis et inquisitionis, ex. de accusa. c. Super & qualiter. Et confessio facta coram non suo iudice non præiudicat, nisi crimen alias sit notorium, ex. de accusa. c. euidentia

Vel fit corā suo iudice, et p̄iudicat. Vide Spe.

Vel fit super caussa pecuniaria. Et aut fit confessio inter viuos, & hoc aut super Contractu: & hoc, vel ad obligandum se. Et caussa est expressa, quia confitetur se quis Titio debere centū ex caussa depositi vel commodati, & testes sunt solenniter adhibiti, statim est confitens obligat⁹, nisi probet se indebitum confessum. Excipiuntur tamen hic duo casus, scilicet ex mutuo, & de doti.

Vel ad liberandum alium a se, tunc si testes sunt adhibiti solenniter post triginta dies, intra q̄s competit exceptio non numeratæ pecuniæ, præiudicat talis confessio, & non ante. C. de non numepe. l. in cōtractibus, para. Super cæteris. Vide Spe.

Aut fit inter viuos super proprietate, vt super dominio si fiat confessio fassa caussa adiecta: vt quia confitetur rem non esse suam, siue in iudicio, siue extra iudicium, siue coram testibus, non præiudicat. Nam si quis bona patris confiteatur esse matris, non præiudicat nec tenet confessio.

Aut fit sup possessiōe, puta q̄ q̄s dicit se nō possidere, statim perdit possessionem, quæ etiā solo aīo amittit, ff. eo. l. possideri. para. in amittēda.

Fit etiam confessio caussa pecuniaria in vltima voluntate. Et sic confitetur quis.

Aut ad obligādū se alteri, & nō capaci, puta ei cui nihil legari pōt, cōfessio nō valet. Vide Spe.

Si vero confitetur debere se capaci, valet etiam si nihil debuerit, & hæres tenetur id soluere. ff. de le ga. 3, l. cum quis decedens

Aut ad alium obligandum sibi dicendo: Con fiteor quod talis debet mihi centum, hoc non prodest sibi. C. de proba. l. ratiõem & l. exemplo, aut confitetur

Aut ad alium liberandum valet ff. de donatio. l. ex hac scriptura. Vnde si testator confitea tur solutum esse, præiudicat hæredi, nisi probet testatorem errasse. Sed hæc omnia vide latius clariusq; apud Speculatorem

¶Quando & quæ confessio reuocari possit.

¶Confessio an reuocari possit, sic distingue. Quia aut fit in iudicio, et fit vel.

ANTE LIT. contest. & tunc iusta causa potest reuocari. Vide hic latius Speculatorẽ ti. de interrog. ante lit. contest. fact. para. fi. Vel post litis contest. & tunc fit. Vel per

ADVOCATVM, & si quidem sciente vel præsente clientulo & intelligente, perinde est ac si per ipsum clientulum fieret C. de error. aduo. l. 1. vnde si tacet sibi præiudicat, nisi eam reuocet, ex. de cens. c. olim. Vel per.

PROCVRATOREM, & præiudicat nisi eam reuocet, quod potest facere quandocunque ante sententiam errore probato, ex. de offi. de leg. c. cum olim prope fi. ex. de confess. c. fi. Quod autem procuratoris confessio noceat domino, probatur ex. de postul. c. 1. prope si. para. verũ. Vel fit per.

TVTOREM, vel procuratorem. Quomodo

modo autem tutoris vel curatoris confessio nocet pupillo vel adulto, notatur ff. eo. l. certū. para. 2. Vel per

PRINCIPALEM Personam, quæ qdem si fit legitime, vt supra dictum est, statur ea & nocet, C. de cōfess. l. vnica. ex. eo. c. 2. Nec reuocari potest, nisi errore probato. Vide Speculatorē. Et in Summa nota, quod error facti negotio nondum secuto nemini nocet. C. de iur. & fact. igno. l. error. Secus autem si errauerit in iure. Nam tūc statim habetur pro iudicato. C. eo. l. 1. Vide Speculatorem. Aut fit

¶EXTRA IVDICIVM, & dic vt supra proxima pagina.

¶De probationibus.

IN superioribus diximus, quid iuris sit cum qa actoris intentionem confitetur, nunc dicendum restat, quid iuris sit cum negat, tunc enim actori incumbit probatio eius, scilicet quod dicit ff. de proba. l. 2. 2, q. vlt. c. actor. Item de probatio. recte sequitur

Si ergo per responsionem ad positiones non ē ponentis probata intentio, debet iudex partibus terminum statuere ad probandum

Quæ autem forma in hac re sit seruāda & q̄s quotq; dilationes iudex dare possit, vide Speculatorem, lib. 2. par. 1. de probatio.

¶Probatio quid.

Est autem probatio rei dubiæ in iudicio legitime facta declaratio. Sed Azo sic definiuit, Probatio est rei dubiæ per argumenta ostensio. Sed hæc definitio magis conuenit ijs quæ per disputationē fiunt

fiunt quam quæ in iudicio. Et est in genere triplex.

¶Probationis diuisio generalis

1 Euidentissima, quæ fit per priuilegia et instrumenta indubitata, sicut in simili dicit tex. in c. pia de exceptio. li. 6.

2 Euidēs & clara, quæ fit p̄ testes vel facti euidentiam, de cohab. cle. & muli. c. tua. 2. quæst. 1. c. Scelus

3 Minus euidens, quæ fit per coniecturas, vt c. afferte de præsumpt. Plures tamen sunt in specie, de quibus inf. dicemus

¶Ordo dicendorum.

1 Quis & qualiter debeat probare
2 Quid & quando debeat probari
3 Quod sint probationum species.

¶Qui & qualiter debeant probare.

1 Actor & accusator dicens quippiam, quod reus neget, probare tenetur. Nam actore non probante reus, & si nihil præstiterit, absoluetur. C. de edendo. l. qui accusare. De iure. c. fi.

Non ergo reus negans probare debet rationē Multiplicē autem negatiuam, vide hic apud Speculatorem.

Veruntamen in certis casibus onus probandi transfertur ad reum, quorum quendam hic catalogum subiecimus

¶Casus, in quibus probatio transfertur ad reum.

2 Exceptio, vtpote peto a te 10. tu excipis q̄d soluisti. Vel peto fundum, quem probo meum: tu excipis

excipis præscriptionem. Quia exceptiones debes probare

Nec mirum, nam reus in exceptione fit actor ff. de exceptio. l. 1. & de proba. l. in exceptio. ex. eo. c. ex literis in fi.

Et hoc verum, cum reus excipiendo aliquid asseuerat, secus est si excipiendo aliquid neget, vt patet in exceptione non numeratę pec. l. de nō nu. per l. Si ex cautione

2 Præsumptio, & hoc, quando est pro actore, vt cum frater petit a fratre partem prædij quod fuit patris eorum communis: quamuis alter frater reus neget illud pertinere ad fratrem actorem, tamen probare debet qualiter ad se tantum pertineat, alias in causa succumbit. C. de proba. l. Siue possidetis. Vide Speculatorem

3 Spōtanea probationis assumptio. Si ēm reo onus probandi subire vellet, mos ei gerendus ē. ff. de probat. l. circa ex. de restit. spol. c. 1.

4 Iuramenti delatio. Nam si iudex reo deferat iuramentum, suscipere debet ipsum: quod præstitum loco probationis habetur, ex. de probatio. c. Sicut consuetudo & de iureiuran. c. fi. ff. de iureiuran. l. Iusiurandum, & l. manifeste

5 Actoris priuilegiū. Nā qui repetit tanq̄ indebitum quod iam soluit, regulariter debet probare indebitum: tamen si repetens sit priuilegiata persona, puta pupillus, vel minor, vel miles, vel agricola, reus debet probare se debitum recepisse

6 Ob delictum inficiationis. Si reus a quo indebitum solutum repetitur, negat se ab actore recepisse pecuniam, certe actore solutionem probante, reus necesse habet probare postea sibi debitum fuisse.

Hos

Hos duos casus habes ex. de solutio. c. si. et ff. de proba. l. cum de indebito circa princi. & para. Sin autem

8 In communibus iudicijs vtriusq; partis probationes admittuntur, ex. de proba. c. ex literis ff. de iudi. l. in his tribus

9 Cum vterque asserit se possidere, vterque probat. l. in his tribus, & ex. de proba. c. licet

10 In crimine falsi vtriusque testes audiuntur, C. de falsis. l. vbi. Vide Speculatorem

Item in crimine lesæ maiestatis, & in sacramentis desertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus, C. de abolitio. l. fallaciter in fi.

11 Negatiua habens in se implicitam affirmationem a reo probari debet. Vide latius Speculatorem, loco supra dicto, vbi de negatiuis satis prolixe agit

¶Quid & quando debeat probari.

1 Id quod deductum est in iudicium, & super quod lis mota est, siue directe siue per modum exceptionis vel replicationis: si enim probatur per testes vel instrumẽta, aliud quam deductum est in iudiciũ, vel si testes producuntur super vno articulo, & dicunt super alio, non valet dictum eorum, ex. de testib. & C. de proba. l. ad probationem

2 Illud solum quod prodest probanti

3 Id quod verisimile est, ex. de præsumptio. c. quia verisimile, Vide Speculatorem

¶Cautelæ actoris in probando.

1 Si publicatis testibus & attestationibus, vides te probasse intentionem tuam, tunc destrue & discorda

discorda testes alterius partis

2 Si altera pars plene probauit contrarium ei quod tu probasti per tuos, recurre ad ea quæ habes ff. de testi. l. ob crimen in fi. & ibi bonam gloss. in verbo assistit & C. de contrahen. stipul. l. pe.

3 Si probauit exceptionẽ perẽptoriã perẽptoriã & sic vtracꝫ probatio pôt esse vera, componet cum ea ff. de proba. l. in exceptio. C. & ff. de exceptio. per totum

4 Si videris te nihil probasse per tuos, recurre ad testes alterius partis: quia forte per illos probasti, fas est enim vel ab hoste doceri, quia commune est dictum eorum. 14. q. 5. c. non sane.

5 Si totaliter defeciſti coram deo & mundo, tace.

¶ De speciebus probationum.

1 Per testes ex. de probati. c. 2. & c. ex. literis

2 Per confessionem partium, ex. de restitu. spoli. c. cum ad sedem ff. de interrog. actio. l. si fine.

3 Per instrumenta, ex. de fid. instru. per to.

4 Per euidentiam facti & aspectum, ex. de accusa. c. euidentia, & de iureiuran. c. ad nostram ff. de vent. inspicien. l. 1. Sic etiam in atroci iniuria, q̃ per aspectum censetur.

5 Per præsumptionem, ex. de præsumptio. c. asserte, & per to.

6 Per famam, cum aliꝫ præsumptionibus. c. tertio loco, ex. eo. scilicet de præsumpti. Et vicini fama probationem facit, ex. de frigi. & malefici. c. vlti. & per famam cum vno teste de probatio. c. Sicut. Quod tamen non sufficit ad condemnandum de crimine, quia in crimine debent esse pro-

hationes apertissimę, & meridiana luce clariores secus in ciuili, C. de probati. l. vlt.

7 Per iuramenti delationem factam a parte parti. ff. de iureiuran. l. 1. & 2. & l. manifeste. ex. eo. c. fi. vel facta a iudice alicui litigantium, quia semiplene probauit. C. de rebus creditis, l. in bonæ fidei ex, de procurat. c. ex insinuatione ex. de probatio, c. 2. Vide Speculatorem

8 Per libros antiquos & per antiquas scripturas in lapidibus vel columnis sculptas, ex. de probati. c. cum causam ff, de probati. l. census.

9 Per literas sigillatas sigillo episcopi, ex. de probatio. c. possessionem. Vide Specul. de sigillis late dicentem

10 Per denuntiationem publicarum personarum.

11 Per communem opinionem

12 Per indicia indubitata, ex. de hæreti. c. excõmunicamus in fi. 1. C. de rei vendit. l. indicia. 2. q. 7. c. Sciant

Et habent prædicta locum in probatione facti. Probatio vero iuris debet fieri per leges & canones & consuetudines, interdum directe, & interdum per argumenta.

¶Annotatiuncula

Probationes factæ in vno iudicio, vtpote attestationes, confessiones, & huiusmodi, fidem q̃que faciunt in alio & factæ coram arbitro fidem faciunt coram iudice. Vide Speculatorem.

¶Sex genera probationis semiplenæ

1 Per vnum testem, ff. de dote proleg. l. Theopompus ff. quemadmod, testa, aper, l, 1, para. fi. ff. de iu-

de instrum. l. Si duo

2 Per collationem alterius scripturæ, ex q̄ non plene sed qualis qualis sumitur probatio, in Authen. de instru. cau. & fide. para. Si vero moriatur, & para. seq̄. coll. 6.

3 Per scripturam domesticam, quæ nō sola sed cum alijs valet, & si semiplenam inducit probationem. C. de probatio. l. instrumenta

4 Per fugam in Authen. de collatio. et de alijs capiti. col. 9. para. Super hoc, & para. Si quis autē, ex. de præsumptio. c. nullus. 3, q. 9. c. decreuimus.

5 Quando quis se dicit in vrbe compulsum, quod quia non est verisimile, facit semiplenam probationem tantum. Vide latius Speculatorem

6 Per famam C. de reb. credi. l. in bonæ fid. Sed vide hic Speculatorem. qui optime tractat.

¶Annotatio.

Verum vtrum priuata scriptura fidem faciat, vide Panormi. c. 2. de fide instru. Item an litera missiua & libri rationum mercatorum fidē faciant, vide eundem. d. c.

¶De testium productione

QVia supra titulo proximo de probationibus disseruimus, decp̄ earundem necessitate & speciebus, quæ multæ sunt, Sed inter omnes species probationis efficacior est, quæ fit per testes, cum fiat viua voce, ex. de fid. instru. c. cum Iohannes, & quæ ibi notātur. Ideo primo de testium productione hic dicemus, & deinceps de alijs speciebus probationis.

¶Ordo dicendorum.

1 Quæ possint contra testes opponi
2 Quando & qualiter sint producendi, seu recipiendi
3 De iuramento ipsorum
4 De articulis
5 De interrogatorijs
6 De testium examinatione
7 De attestationum et dictorum testium publicatione
8 De numero testium
9 Quibus testibus magis fides adhibeatur
10 De ipsorum compulsione
11 De renuntiatione productionis testium
12 De rubricis
13 De testium reprobatione.

¶Quæ possint contra testes opponi.

1 Quod sit inimicus vel cum inimicis habitet. C.eo.l.Si quisff.eo.l.testium,ex.de accusa.c.repelluntur.

2 Quod sit conspirator vel coniurator,3.quæstione quarta c.Conspiratores,ex.de accus.c.cum oporteat

3 Quod sit parens, qui non potest testari cõtra filium vel pro eo:nec filius pro vel contra patrem etiam si vterque velit.C.eo.l. parentes .Sed vide fallentias Speculatoris

4 Quod sit familiaris & domesticus, id est,de domo actoris,& repellitur, C, eo, l, 2, & ff. eo. l.

pe.

pe.ex.eo.c.in literis, Vide iura & Specu.

5 Quod sit fur, raptor, adulter manifestus, & huiusmodi, ex, eo, c. ex parte. c. Super, ff. de furt. l. non potest

6 Quod sit infamis & leuis opinionis, ex. eo. c. testimonium & c. ex parte ff. eo. l. 3. para. lege Iulia

7 Quod si remot⁹ ab aliqua dignitate propter turpitudinem ff. de Senat. l. 2.

8 Quod sit excommunicatus, ex. de testi. c. ve niens. 2, C. de hæreti. l. pe.

9 Quod sit talis cum quo non sit testificatio, vt mulier, impubes, mutus, surdus, furiosus, cui bonis interdictum est vel intestabilis in potestate testatoris, hæres in eo testamēto scriptus, vel est l. Iulia repetundarum damnatus.

10 Quod sit monachus, vel canonicus regularis, vel conuersus, vel alius religiosus sub obedienti constitutus, qui non potest esse testis sine licentia superioris, ex. ne cleri. vel monachi. c. nō magnopere ff. de re milit. l. 3, para. in libello. C. de episc. et cle. l. deo nobis & in Authen. de monach. para. illud, & para. Si quis autem

11 Quod sit socius criminis siue in eodem crimine irretitus, ex. eo. c. veniens. C. de quæstio. l. sicuti.

12 Quod sit libertus, qui nec volens quidem auditur contra patronum, nec cogitur C. eo. l. Libertorum

13 Quod sit seruus 3. quęstio. 5. c, nullus, insti. de testa. para. testes, ff. eo l. qui testamento, para. seruus, C. eo. Authen. Si testis productus, & l. quoniam.

14 Quod precium receperit vel recepturus sit

pro testimonio vel dicendo vel tacendo, vel quod instructus fuerit. C. eo. l. Si quis, in fi.

15 Quod obscure vel confuse dixerit, q̃re non valet nisi iterum deponat, & dictum suum declaret, quod facere potest ex. eo. c. cum clamor.

16 Quod non perhibeat testimonium de auditu & visu suo, sed tantũ de credulitate & nõ de scientia. Sed vide hic latius, quæ Speculator dicit

17 Quod sit Iudæus vel infidelis, qui nõ potest contra Christianum deponere ex. eo. c. 1. & c. Iudæi. & c. licet. C. de hæreti. l. quoniam

18 Quod sit pauper, quia non habet quinquaginta aureos in bonis, cõtra quem præsumitur, in Authen. de testi. para. 1. vers. Sancimus. Vide Speculatorem.

19 Quod astruat negatiuã, ex. de cau. proprie. & poss. c. cum ecclesia. para. nos igitur.

20 Quod super alio deposuit, quam super quo fuit interrogatus & inductus

21 Quod interrogatus nõ reddidit causam sui dicti, ex. eo. c. cum causam quæ

22 Quod sunt varij testes & in dictis suis vacillantes, ex. de cau. poss. & proprie. c. cum ecclesia

13 Quod titubauit vacillauitque in dicto suo, qa titubans pro ignorante habetur C. de condict. inde. l. fi. ff. reg. iuris, l. non debet. para. in re obscura.

Præsumitur enim contra testem, si non cum constantia, sed cum trepidatione deponat ff. de q̃stio. l. de minore, para. plurimum quoq;

Et põt iudex si talẽ viderit vacillãtẽ, pallidũ tormentis

tormentis afficere, & timorem incutere. C. de testi bus. l. nullum, in fi.

Quia vt ait Cicero in Topicis: Sæpe pallor vultus, rubor & titubatio faciunt, vt minus fidei alicui habeatur. Iuxta illud Ouidij: O quam difficile est crimen non prodere vultu. Vide Spe.

24 Quod sit verbosus, contra quem etiã præsumitur.

25 Quod habeat similem causam vel crimen ex. eo. c. persona. C. eo. l. quoniam.

26 Quod in alia causa criminali contra me tulerit testimonium, quare nunc non debet admitti in ista, quia præsumitur inimicus, ex. de accusa. c. inimicus & c. Cum. P. ff. de testi. l. produc. quæ clare hoc dicit. Vide.

27 Quod habeat causam cõtra eũ cõtra quẽ producitur. ex. de purga. cano. c. cum in iuuentute prope. fi. Vide hic Spe. qui hæc ponit.

28 Quod fuerit in eadem causa iudex, vel aduocatus, vel procurator, vel assessor, vel executor vel actor, vel arbiter, ex. eo. c. Romana. lib. 6. ff. eo. l. fi.

29 Quod receptus sit post renuntiationem, vel publicationem, vel sufficientem productionem.

30 Quod receptus sit ante lit. contest. quod nõ valet ex. vt lit. non contest. c. 1. & 2. & c. quoniam Sed hoc fallit certis casibus, de quibus inf. c. proxi.

31 Quod sit gratiosus, id est adulator. 3 q 5. c. Similiter & c. accusatores.

32 Quod sit arenarius vel vilis persona, quæ sine tormentis non debet admitti. ff. eo. l. ob. crimen. parag. 1.

33 Quod testes idem dicunt in oĩbus vel similia proferunt, q̃re subornati præsumentur. ff. eo. l.

Testium.parag.Ideoq;.C. de pœnis.l.qui sententiam.4 q 3.c.Si testis ver, in testibus.

34 Quod non nouerit personas litigãtium nec nomina dixit.ex.eo.c.licet ex quadam in fi. C. de iure.delib.Scimus. para.Sin autem dubius in fi.

35 Quod sit huius rei inscius,ignotus, & cõtra eum suspitio violenta.ff.de accus.l. Alij.

36 Quod testes discordẽt de loco, tempore,& personis.ex.eo.c.licet.

37 Quod crimen testi obiectum cõtingat causa sam,de qua agitur.ex.de exceptio. c.t.in fi.

38 Quod non fuerint singulatim & secrete examinati,vt inf.dicemus de testi.exam.

39 Quod accusatus criminaliter non admittatur in testem contra alium in caussa criminali,nisi in exceptis criminalibus,pendente accusatiõe sua. ex.eo.c.fi.ff.eo.le.testium.

40 Quod amore,odio,vel commodo,vel timore deposuerit.ex.eo.c.quotiẽs &de test.cogẽd. c.cum contra & c.sequen.C.eo.l.eos.

41 Quod cohabiter inimicis eius contra quem producitur.ex.de accus.c.repellãtur, & c.cũ oportear.ff.de testi.l.fi.C.de in officio.l. qm̃ liberi in fi.

42 Quod homicida.3 q 5.c.constitiuimus.

43 Quod concubinarius manifestus,vel incestuosus,qui contra accusatum non auditur. c.consanguineorum.

44 Quod Hermophroditus.4 q 3.c. si testes, vers. Hermophroditus.

45 Quod mulier,ex.de verb.signi.c.forus. Verum secundum.ll. mulier in caussa ciuili & criminali potest esse testis.ff.de testib.l.ex.eo. Vide Speculatorem.

46 Quod sit laicus,qui non admittitur contra clericum

clericum in criminali causſa,c.veniens. 1.ex.eo. 2 q 7.c.laicos & c.ſequen.per to.

47 Quod ſit clericus, qui non admittitur cõtra laicum.11q1.c.nullus. Sed intellige in criminali, vel coram iudice ſeculari.

48 Quod non ſit probatæ vitæ vel opinionis, ex.eo c.teſtimonium Authen.eo.para. quia ita.

49 Quod publice pœnitentes quodammodo ſint infames, & per conſequens repelli poſſint a teſtimonio. Vide hic latius Specu.

50 Quod non ieiunus tulerit teſtimonium. ex. eo.c 1. Sed hoc verum honeſtatis, non neceſſitatis cauſſa.

51 Quod aliquid de ſuo addendo, mendatio teſtimonium decolorarit.3 q9.c. Puram. Vide tamen hic Spe.qui hunc modum moderatur.

52 Quod ſit furioſus, indiſcretus. Talis em̃ pro abſente & ignorante habetur.ff.de acqui.poſſ.l.1 para.Sed furioſus.

53 Quod ſit teſtis in re vel cauſſa ſua.C. eo. l. omnibus.4 q3.c.ſi teſtes.para.Item nullus,ff.eo.l. Nullus. Vide latius Specula.

54 Quod ſit teſtis & accuſator, quod eſſe non poteſt,ex.de verb.ſign.c.forus.para.In omni.

55 Quod fuerit ob crimen famoſum damnatus.4 q3.c. Si teſtes.parag. ob crimen.ff.eo.l.ob crimen.

56 Quod ſit publico iudicio,puta de calumnia damnatus.ff.l.quæſitum, vel de adulterio.ff.eo.l. ſcio, vel repetundarum.ff.eo l.repetundarum

57 Quod olim fuerit criminoſus.& adhuc præſumatur.C.ad legem.Iuli. Maieſt.l.q ſquis.ex.de pign.c.3.in fi.

58 Quod falſo vel varie teſtimonium dixerit,

vel vtrique parti dictum suum prodiderit, d.c. Si te stes. 4 q 3. parag. qui falso vel varie. C. eo. l. nullū, ff. eo. l. qui falso, ff. ad, l Cor. de fal. l eos.

39 Quod accusatus contra quem inducitur, eū liberauerit, vel parens eius, vel quod testis publicis vinculis, seu custodia detinetur, vel quod se ad pugnandum cum bestia dentata locauit, vel pecuniā ob testimonium dicendum acceperit, 4 q 3. c. Si te stes, para. Itē l. Iulia de vi, para. In testimonium.

40 Quod non fuerit rogatus a producente, vt in Authen. de testi. para. & licet, 14 q 2. c. quāquam & talis est casus in quo debuit rogari, qui plures sunt, vt hic subiungam.

Sex casus in quibus testes rogari debent.

1 Quando contractus fuit in scriptis, & debitor vult probare per testes solutionem, quam voluit facere, vel quam fecit, vel confessionem quā fecit creditor, videlicet sibi solutum fuisse, quæ solutio facta fuit in scriptis. oportet enim in hisce, vt rogatus fuerit, & non transeuntes vel fortuitu, 3 q 9. c. testes, para. de his, C. eo. l. testium. In Authen. eo. para. Et licet & ff. de testib. l. Hæredes, para. fi.

2 In testamentis, vt in d. para. Et licet & ff. de testa. l. Hæredes, para. fi. & C. eo l. hac consultissima. Vide Speculatorem.

3 In diuortio, ff. de diuort. l nullum. Sed hunc casum aliqui non admittunt.

4 In matrimonio, 30 q 5. c. nostrates.

5 Vbi quis vult caute disponere sine scriptura tabellionis vt in Authen. de instru. caute. & fi. parag. Si quis igitur,

6 Si de-

6 Si depositarius vni ex hæredibus deponentis partem reddat pecuniæ depositæ, ff. de posi. l 1. para. Si quis tabulas & para. pecuniã. Vide Spe.

61 Quod inuite testimonium dixerit, quare nõ valet, ff. de testa. l. qui testamenta, in fi.

62 Quod artifex ignotus, vel nimis obscurus, vel ignobilis, non diues. Tamen quandoque admittitur cum verberibus a iudice feriendus. Vide Speculatorem.

Regula. Et regulariter quilibet potest esse testis qui non prohibetur, ff. eo l 1. Et generaliter secundum quosdam, quemcunq; reperies vicioſum cum potes de iuris rigore repellere.

¶ Quando testes sint recipiendi.

Regulariter lite non contestata non procedi-tur ad testium receptionem: & si ante recipiantur non valet quod agitur, ext. vt lit. non contest. c 1. & 2. & c. quoniam. Sed in, 3 6 casibus, qui hic sequuntur, fallit.

¶ Casus, in quibus testes recipiuntur ante litis contest.

1 Vbi timetur de morte testis vel testium, vt quia sunt infirmi vel senio confecti vel procincti sunt ad bella.

2 Si timetur de absentia diuturna.

3 Si agatur de electione alicuius confirmanda vel cassanda, ex. de eo qui mitt. c. cum qui.

4 Cum agitur de matrimonio carnali, & is q cõuenitur, malitiose se absentat & contumax est.

Si cæ

5 Si agatur de alicuius crimine per modum inquisitionis, ext. de dol. & con. c. veritatis de iudic. c. Nouit.

6 Cum petuntur testes ad perpetuam rei memoriam publicari. Prædictos 6. casus habes in d. decretali quoniam extra. vt lit. non contest.

7 In caussa appellationis a grauamine interpositæ, vel etiam in alia caussa appellatus cõtumax est, extra. de appel. c. interposita in fi. & c. Sæpe C. de præscript. 30. vel 40. an. lege. Cum notissimi, paragra. fi. & C. de contempt. appellatio. leg. fina. paragra. fin.

8 Actore contumace & reo instante, testes recipi possunt & sententia quoq; ferri, extr. de dol. & contu. c. caussam quæ, & C. quomodo & quando iudex Authen. qui semel.

9 Cum actor nequit agere propter interpositũ iuramentum, ex. de iureiuran. c. ad nostram.

10 Cum minor officio iudicis ab hæreditate se abstinet, C. si minor ab hære. se. le. i. cum Authen. ibi posita.

11 Cum caussa est mere spiritualis & sine commodo alicuius temporalis, vt in crimine hæreseos arg. c. qui recedũt cũ duobus sequẽtibus. 24 q. 1. ex. de sent. excom. c. a nobis.

12 Vbicunq; publicum commodũ offenditur, vt in malo officiali, C. de pœni. l. ne diu.

13 Secundum aliquos cum agitur de statu & libertate ecclesiæ, extra. de testi. c. cum olim & de fideicom. libert. leg. In fidei commissarijs, & leg. hæredum.

14 In caussa denuntiationis ex. de dol. c. veritatis & ex. de iud. c. nouit.

15 Cum restitutio in integrum incidenter postulatur

latur officio iudicis ex.de off.iud.2 c.

16 Cum agitur finium regundorum. C.finium regundorum.le.3.

17 In petitione legati & fideicommissi, ar.C. de vsu & vsufruct.leg.l.2.

18 In trebellianica restitutione C.ad trebel. le. pe.para.cum autem.

19 In caussa hereseos.Post mortem enim quis punitur sine lit.contestati.24 q. 2 c.Sane C.de hæreti.lege 4.

20 Cum persona est incerta. 5 q 1.c quidem.

21 Cum agitur de aliquo possessore beneficio obtinendo, extra.de eo. qui mitt.in possess. c. cum qui lib.4.

22 In dilapidatione arg. 2 q 3.c.quia ea.& C. vbi de crimina.agi.opo. lege. prima & Authen. ibi posita.

23 In caussa purgationis,ex.de purg.cano.ca. cum p.& c.inter.

24 Cum quis est intra pubertatem & timetur de eius variatione ff.de Carbon.edict. lege ter.pa ragra.sec.

25 In caussa surreptionis,extra. de re.iudic.c. cum olim.

26 In notoriis quando iudex in eis recipit testes ad cautelam,extra.de elect.c. bonæ primo paragra.licet.

27 Dum quis deficit in purgatione punitur,lit. non contest,extra.de Simon.cap.de hoc & ca.Insinuationi &de cohabit.cleric.& mulierum,cap. tua in fine.

28 In libertate secundum quosdam C. de ingenuis.l.diffamari.

29 Vbi aliquid ante lit.contest, incidenter opponi-

ponitur & probatur, ex. de testi. c. veniens.

30 Vbicunq; aliquid iudicis officio expeditur ex. de spon. c. præterea & de offic. iudic. c. i. C. finium regun. lege. 3. ff. de mino. lege. in causſæ, para. rag. causſa.

31 Secundum Azo. cum is qui non possidet li ti se offert, quia & tunc lite non contestata, fertur sententia ff. de rei vendic. leg. Si autem.

32 In odiosis, in quibus terminus accusatori p figitur, in quo si non veniat postea non audietur, extra. qui matri. accus. poss. c. cum in tua C. qui ac cus. non poss. per to.

33 IN EXCEPTIONIBVS dilatorijs & declinatorijs fori: & etiam in quibusdam peremptorijs, scilicet cum excipitur de re iudicata, vel transacta, extra. de re iudic. cap. Inter monasterium, & extra. de litis contestatione capit, exceptiones. libro sexto.

34 Secundum Azo. cum impubes ex Carbon. edicto, vel mulier nomine ventris petit se mitti in possessionem, vel cum absente actor petit mitti in possess. bo. cau. reſſer. vel cum filius petit alimenta. Vide Specu.

35 Vbicunque agitur de iuribus, licet super his raro agi debeat, nisi iusta causſa subsit.

36 In omnibus emergentibus secundum quosdam. Et breuiter, vbicunq; libellus non admittitur. Vide hic latius Speculatorem.

¶ Qualiter sint testes producendi.

1 Volens producere testes, faciat eos per iudicem vocari. Quandoquidem si non iuri dice vocati se ingerant, quodā modo suspecti sunt. ff. de procurat.

curat.le. quæ omnia, C.de test. Authen.rogati. Et sic quandoq; etiam inuiti producuntur compellente iudice.

2 Iudex assignabit dilationem seu terminum, intra quem producat quis suos testes, & competentem terminum, vt doceatur. 3 q 3. c. Inducię, paragra. Spacium.

3 Is qui producturus est, colliget omnes quos poterit habere, & eos producat iudici præsentando. Et sub vna dilatione, aliquos pro prima productione producat, alios pro secũda, reliquos pro tertia, & quælibet productio debet continere vnã vel plures dies ad arbitrium iudicis. Vide Speculatorem.

¶Annotatio.

Et aduerte hic, quod quarta productio, vel dilatio non dabitur sine solennitate legali: quæ talis est, quod scilicet iuret qui eam petit, quod non fuit percunctatus dicta testium per se, vel per alium, vtpote aduocatum vel procuratorem, & quod nõ petet quartam productionem, dolo, machinatione, vel iniqua arte, sed quia nequit vti testibus qs producere intendebat. Quibus casibus iudex concedat petenti quartam productionem etiam post quam renuntiauit, & etiam postquam aduersarius didicit testificata, sed non ipse.

4 Producendi sunt testes sumptibus producentis. C. eo. l. quoniam.

5 Recipi debẽt altera parte præsente, vel sẽ tumaciter absentante, ext. eo. c. 2. C. eo. l. Si quoniã In Authen. eo. para. Sancimus, & para. pe.

6 A iudice dandus est testibus saluus cõductus & securitas, 3 q 9 c. hortamur.

7 Iu

7 Iudex debet effrenatam testium multitudinem refrenare, ff. de test. l. i. vt inf. latius dicemus.

8 Producendi sunt testes de prouincia in prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem, si iudex id prospexit expedire.

Si autem videretur ei non expedire, scribat iudici sub quo degunt testes, vt eos recipat secūdum formam & stilum loci.

Sed vide latius Speculatorem ponentem formam commissiōis receptionis testium.

¶ De testium iuramento.

Testis cum depositurus est, Iudex ei iuramentum sub hac forma proponet: Tu iurabis, quod dices mihi vel notario illi: cui hoc commisero inquirēdum, totam plenam & meram veritatem: quā credas vel scias super hac quæstione, quæ vertitur inter. N. & N.

Hæc forma, quia multos habet articulos, a me hic longius non tractabitur. Tu tamen Speculatorem videas, consulo in ti. De testium iuramen. lib. i. parte. quar. Præterea formam iuramenti testium habes clare extra. de testibus in vlti. gloss. cap. fraternitatis.

¶ Articulorum exhibitio.

1 Qui testes producit, debet suam intentionem ex petitiōe sua elicitam dare in scriptis super qua testes examinantur.

Et vocatur illa scriptura quandoque articuli, extra. de test. cog. c. fi. & extra. eo. c. præsentium para. testes lib. 6. Quandoque vero capituli, extra. eo. cap. causſa quæ, & cap. per tuas, & ca. fraternitas

nitas. Et apud plerosq; dicitur intentio: quandoq; & assertiones, ꝯ q vlt. c. actor.

2 Fiunt autem articuli eodem modo sicut & positiones, eo saluo q̄ in positiōibus dicitur: Item ponit talis vel talis, & hic dr̄ loco articuloꝝ talis vel talis probare intendit. Sed q̄ volunt se breuius expedire. semel faciūt positiões & articulos, sic dicentes vel scribentes: Ponit talis vel talis, & probare intendit, sic positiones negatas dant pro articulis. Vide Speculatorem.

3 Per articulos specificatur quod est in positionibus in genere positum.

4 Formatis articulis ab actore & reo, detur articulorum copia partibus, si talis est loci cōsuetudo, vel iudici vel Notario.

5 Quotiescunque mutatur genus articulorum toties illa verba repetantur: Itē intendit probare.

6 Articuli debent fieri per verba affirmatiua, & non negatiua, quibus potest articulator declarare, colorare, specificare, & ampliare, quæ in petitione continentur, eius tamen substantia non.

7 Articuli non sunt sub disiunctione formandi nisi forte agatur de alieno facto, in quo probabilis est ignorantia, ff. de iure: & facti ig. leg. regula tunc enim possunt sub conditione formari articuli ex. de. in integ. rest. c. constitutus.

Veruntñ si non dentur articuli vbi non est de cōsuetudine, non vitiat processum. Vide Spe. hæc diffuse tractantem & articulorum formā ponētē.

De interrogatione seu de interrogatorijs.

Interrogatoria dicuntur quæstiões, quas pars fieri vult, super negotij circumstantijs testibus cō

tra se inductis, ex. eo. c. præsentiũ, para. testes. li. 6.

Interrogationum copia non detur parti testes producenti propter periculum subornationis.

¶Interrogatoria qualiter & quibus danda.

1 Dantur tales quæstiones seu interrogatoria, ad instructiõem examinatorum: quæ si interrogauerit super alio quam debet, nullum ex hoc partibus generatur p̃iudiciũ, arg. ff. de interro. act. l. fi.

2 Secrete dabuntur Iudici, & Iudex per se vel assessorem corrigat eas: & superfluas resecet, & si quæ desint, officio suo suppleat: argu. C. q̃ desint aduo. par. iu. sup. l. vnica.

3 Datis articulis vt sup. is contra quem testes super illis articulis debent examinari, petat terminum ad dãda interrogatoria: Et talis dilatio ei dãda est, quandoquidem sic ex consuetudine est introductum, quæ est optima legum interpres. ff. d. legi. leg. Si de interpretatione, vide hic diligenter Speculatorem.

¶Breuis forma interrogatoriorum.

Interrogatoria infrascripta, dat, facit, & exhibet procurator procuratorio nomine talis, N. secundũ quæ omnia & singula petit singulos testes partis aduersæ interrogari, & interrogationes huiusmodi cum responsionibus testium, in actis redigi & conscrib. alioquin de inualidatione depositionum, & quod sibi non præiudicent, protestatur, prout est moris.

Et deinde sequuntur articuli, super q̃bus examinãdi, super quor̃ circumstantijs diligẽter quærendi & interrogandi sunt. Vide Speculatorem.

De testi-

¶De testium examinatione.

In testium examinatione sic procedendum est postquam testes iurauerunt, Iudex super articulis datis secrete & singulatim examinabit exemplo Danielis 13. Præmonitione ad testes facta, nempe quam periculosum sit falsum dicere testimonium & veritatem celare, prout late hic describit Speculator.

Potest etiam recipere Notarium, qui eorũ dicta diligenter scribat. Nec in caussa criminali Iudex examinatiõis officium alij committat, sed p̃ seipsum examinet, cautissime singula in scriptis redigendo.

In ciuilibus tamen negotijs raro ipsi iudices per se examinant, sed Notarijs cõmittunt super q̃ q̃ritur Hostiẽ. vt scribit Ioh. An. in c. præsentiũ de testibus. libri. 6. super glos. interrogatoria, quã vide. De hoc item conqueritur Speculator. titu. de testific. paragra. nunc tractandum, versi. licet autem dixerim lib. 1. par. 4.

Potius itaq; deberent Iudices alia cõmittere, q̃ testium examinationem, quia in probatione quæ ex testibus habetur, totum ius caussæ pendet.

Et vbi omnino cõmittere velint, deberẽt probatis, idoneis, et doctis Notarijs vel commissarijs delegare extra. de testibus c. siqui testium, de testi. cog. c. 1. de consangui. & affi. c. 1.

Quia quando testes sunt vel priuilegiati, vel honestæ personæ, vel senes, vel infirmi, & sic quod iudex vel commissarius eos sequi debet, tali casu licet committere vel delegare, vt dicta iura satis ostendunt.

vt cætera omnia, optime tractat & prosequitur.

De attestationum publicatione.

1 Testibus productis & examinatis, si hoc factum est in prima dilatione & sufficiens facta est productio, proceditur ad publicationem attestationum.

Si non est sufficiens, & producens petat secundam vel tertiam dilatio. & si iusta causa subest, dabitur eum causæ cognitione, secunda vel tertia vt sup. dictum not. de dilatio. c. secun. de testibus ca. in causis.

Quarta autē dilatio nō dat̄ nisi cū solēnitate legali vt su. diximus. Quæ & q̄lis sit illa solennitas, habetur in cap. vltra tertiam, ex. de testibus.

Testibus igitur sic productis & examinatis, partes pronuntient testium productionē, & postulent attestationes publicari, vel saltem pars producens id petat.

2 Iudex volens attestationes publicare, partes vocabit per edictum citatorium, quia eis non vocatis non debet aperire vel publicare, extra. de re iudic. cap. ff. de minor. leg. in causæ para. i. Vide Speculatorem.

3 Detur partibus citatis terminus ad recipiendum copiam attestationum, & ad dicendum contra testes & dicta eorum, si quæ habeat d.

Publicatione facta si transacto termino nihil detur contra eos, dari consueuit terminus ad producendum omnia instrumenta, acta & monimenta.

De Ru-

¶De Rubricis.

1 Publicatis atteſtationibus rubricæ hoc modo ſunt faciendæ: Iudex aſſignabit terminum partibus, intra quem atteſtationum copiam recipiãt, & illud facere tenetur, extra. de probatio. cap. quoniam contra. C. vt lit. penden. lege ſecun. & ſuper eis diſputetur.

Originalia autem maneant apud iudicẽ vel Notarium, ne poſſit fabricari falſum, extr. de proba. c. fi. & c. quoniam ff. de tabu. exhiben. l. fi. Vide latius Speculatorem.

2 Dabit iudex ad requiſitionem partium alium terminum ad diſputandum ſuper dictis teſtium, intra quem aduocatus cuiuſlibet partis iuxta morem Curiæ Ro. faciat ſuper dictis teſtium ſuas rubricas, vt tam ipſe quam Iudices facilius ad inda ginem perueniant veritatis.

Ad quod hac via peruenietur. Habita enim atteſtatiõum copia, vtriuſq; partis aduocatus ſuorum teſtium depoſitiones aniaduertat, an intentio vel exceptio ſit plene probata ſeu articulus datus, vel ſemiplene.

Deinde aduocatus, qui teſtes induxit, ſignet p crucem, vel per literam, vel per aliud ſignum, in margine factum, quemlibet articulum per ſuos teſtes probatum & concordantias teſtium ita videlicet quod ſuper articulo ponat crucem, vel literam, vel ſimile ſignum: vel literam ponat in omnibus locis atteſtationum, quæ faciunt ad probationem vel concordantiam illius articuli. Quod ſi plures & diuerſi ſint articuli, diuerſificet etiam ſigna ſua, vt per ſingulorum diuerſitatem appareat, qui articuli ſint probati & in quibus teſtes

concordent, & studeat eos concordare, si poterit.

Contra quoque aduocatus contra quem testes producunt, & audeat discordantias & contrarietates testium, per eadem signa vel similia denotet, vt tempore disputationis, & cum opus fuerit habeat eas in promptu, argu. ad præmissa extra. de proba. c. licet, & de Simo. c. per tuas, & vt sic testes valeat clarius impugnare

Sed vterq; aduocatus genera articulorum diligenter notet et distinguat, vt ea facilius et promptius valeat reperire, faciendo super primo articulo primi generis in principio paragra. & scribendo in margine A. Item super primo articulo secundi generis itidem in principio faciēdo para. & scribendo in margine B. & sic de alijs.

ADVENIENTE TERMINO, disputent super dictis testium, & producens testes eos studeat concordare, vt iam diximus. Is autem contra quem producuntur, contrarium faciet.

Vide ad hanc rem notabiles cautelas apud Speculatorem.

De testium reprobatione.

Quoniam plerunque testes reprobari solent, maxime si non legitimi de facto recipiuntur. Ideo recte qualiter reprobentur recepti testes, videre restat.

Super quo est animaduertendum, quod & ante testium publicationem, & post, tam dicta testium quam p̄sonæ ipsæ possent per alios legitimos testes reprobari: dummodo id ante sententiam fiat, extra. de testibus c. præsentium li. 6. & c. Series de testi.

de testi.exceptio.c.1.de proba.c.licet

Hac tamen distinctione seruata, vt q̃ post publicaras attestatiões personas voluerit reprobare sine distinctione audiri debeat, si hoc añ publicationem protestatus fuerit sub hac vel simili forma: Ego N.protestor, quod saluum semper habere volo obijciendi tam contra personas q̃ dicta testium producendorum contra me in hac causa N.q̃ vertitur inter me & N.coram tali vel tali iudice, & ante publicationẽ & apturã, & post, &c. vide latius formas exceptionũ et reprobationũ apd Spe.

¶De numero testium

1 Quod regulare est in qualibet causa, duos testes sufficere, nisi expresse dicatur in lege vel canone, plures in aliqua causa esse necessarios. Tex. est ff.de testibus,l,vbi:quam vide,ex.eo.c.in oñi, & c.licet vniuersis.

In quibusdam tamen casib. plures q̃ duo requirũt. Sed qa tales casus sunt plures & Spe.optime eos declarat in ti.de.test.para.de numero testium, lib.1.par.4.Ideo ad eum locum te remitto

2 Quod causa nulla vni⁹ testimonio terminatur. Quia vox vnius, vox nullius, vt in prouerbio est, 33.q.2.c.admonere

Hoc tamẽ etiam fallit in quibusdam casibus in quibus creditur dicto vnius: & sunt circiter 30. quos vide apud Speculatorem

3 Quod ad iudicem spectet multitudinem testium refrenare ff.de testi,l.1.

¶Quibus testibus maior fides adhibeatur.

¶Ex vna tantum parte.

Si VNVS testis sibi ipsi cõtradicit, vt qa dicit

sibi contraria, vel aduersa, vel varia, vel verum in vno & falsum in alio, repellitur 4. q. 3. c. Si testes vers. qui falsæ vel variæ, ff. de reg. iur. l. vbi re pugnantia, ex. de proba. c. licet circa. fi. C. de libe. causa. l. cum pretium

Si DVO & alter alteri contradicit, neutri statur. Nam quilibet ē in dicto suo singularis, ex. de probati. c. licet

Si VNVS PLVRIBVS contradicit, tūc vox vnius, vox nullius, vt supra. Nisi ipse script⁹ sit cum eis in aliquo instrumento, ff. quemadmo. test. apri. l. 1. in fi.

Si PLVRES PLVRIBVS contradicunt, vel inducuntur ab vna parte tantum aut ab vtraque. Siquidem ab eadem parte plures inducunt & concordant, & negotij qualitas & motus animi iudicis cum his conuenerit, sequenda sunt eorum dicta & secundum ea est pronuntiandum ff. de testibus. l. ob crimen, para. fi. 4. q. 3. C. Si testes. para. Si testes

Sed si inuicem contradicant, licet in pari numero, statur eorum dictis qui naturæ negotij conueniunt, & qui omni carent suspitione. Et formabit iudex motum animi sui ex argumentis & testibus quæ causę aptiora conspexerit. Nec enim ad multitudinē testium semper inspicere oportet, sed ad synceram fidem eorum, ex. eo. c. in nostra, & c. veniens. Vide Speculatorem

¶ Ex vtraque parte.

Si CONCORDANT, sequenda sunt eorum dicta, vt sup. dictum est.

Si CONTRARII sunt, iudex debet eos concordare, si potest, vt valeat eorum dictum ex. eo. c. cum tu. Sed si non potest concordare eos,

tunc

tūc iudex ex motu sui animi scire poterit, quibus potius fides sit adhibenda, idq; cū discretione, quā apud Speculatorem vide

¶De testium compulsione.

Regulare secundum Canones, quod in crimi nalibus non sint testes cogendi, sed monendi, ex. de testibus cogen. c. dilectorum, sed secundum leges sunt cogendi. C. eo. l. si qñ, & ff. eo. l. 1.

In ciuilibus autem regulariter omnes coguntur, si se odio, gratia, timore, vel fauore, subtraxe rint, ex. de testibus. cog. c. 1. & per totum

Porro quæ personæ non cogendæ, vide apud Speculatorem. Nam aliquæ se excusare possunt, vt iudex, valetudinarij, senes maiores 70. annis, milites, &c.

¶De renuntiatione testium productioni.

Partibus coram iudice præsentib. quæret iudex, velintne plures testes producere super articuculis exhibitis, ad quos habuerunt, primam, secū dam, & tertiam dilationem, de quibus sup. Si dixerint q̄d sic, dabitur quarta cū solēnitate, vt sup.

Si vero responderint quod non, tunc dicit iudex: Renuntiatis productioni testium in hac causa: & ipsi dicunt, renuntiamus, & redigitur huiusmodi renuntiatio in actis per notarium.

Cuius formam vide apud Specu. li. 1. par. 4. tī. de testi. para. de renuntiatione testiū productioni.

¶De instrumentorum editione

REcte, cum supra de viuæ vocis probatione quæ fit per testes, dictum sit, nunc tractandum de probatione vocis mortuæ, quæ fit per instrumenta, atq; hoc ordine

¶Ordo dicendorum

1 Quid instrumentum, & vnde dicatur
2 Qualiter publicetur & fiat
3 Qualiter propria scriptura exempletur, publicetur, seu reficiatur
4 Qualiter aliena scriprura, & qd iuris de publicatione seu exemplatione instrumentorum
5 Quando sint exhibenda instrumenta
6 Qualiter exhibenda
7 Quot instrumentorum species
8 Quibus instrumentis fides adhibeatur, & quanta
9 Quibus modis aduersæ scripturæ in iudicio productæ valeant impugnari

¶Quid sit instrumentum

¶Instrumentum est scriptura ad assertionem seu probationem alicuius rei facta

Vel sic: Publicum instrumentum est solennis & recte ordinata scriptura, per authenticæ personæ manum publice caussa memoriæ facta.

¶Instrumentorum autem appellatione, vocabulo large sumpto, omnia ea accipienda sunt, quibus causa instrui potest

Quo fit vt & testimonia, & personæ instrumentorum loco habeantur, vt dicit Alcia. in l. notionem ff. de verborum significa.

¶Stricte autem accipitur pro scriptura, quæ fit ad probationē alicuius rei infuturum faciendā, vt sup. Et sunt inuenta ad faciliorem probationē.

Et sunt tria vocabula principalis instrumenti, scz Originale, authēticum, exēplar. Ex his aūt extracta nomina sunt, exemplum, copia, trāssumptum, & memoria.

Dicitur autem instrumentum, quod instruat, dicitur

dicitur & documentum, quod doceat. Potest & dici munimentum, quod muniat producentem contra aduersarium, &c. Vide Speculatorem

¶Qualiter publicetur, & quæ ad solennitatem instrumenti requirantur

1 Inuocatio nominis domini.
2 Anni eiusdem
3 Indictio, de q̃ vide Specula. lib. 2. par. 2. de fid. instru. para. 2. vers. post annos
4 Dies contractus
5 Nomen imperatoris, vel papæ, vel regis
6 Locus
7 Testes
8 Nomen tabellionis, i. Notarij
9 Signum tabellionis

Nouē p̃dicta debet hodie publicū instrumētū p ordinē cōtinere, vt in authē: vt no. impe. pro do. para. 1. col. 5. & C. de fide instru. l. contractus. Quare autem dicatur publicum, inf. suo loco dicemus.

¶Qualiter propria scriptura exēpleť. Similiter & aliena, & qd iuris, vide hic Speculatorem.

¶Quando sint exhibenda instrumenta.

Et añ & post publicationē testium quandocunque voluerit aliqua partium, potest exhibere, vsquequo cōclusum sit in causa, ex. de fid. instru. c. cū dilectis et de testib. c. cū causa, vide hęc iura.

Verū post q̃ conclusum est. i. renuntiatū productioni instrumētorū, & aliis probationibus, inducī nō p̃nt, nisi noua oriant capitula ex veteribus pēdentia, in quibus p̃nt de nouo instrumēta exhiberi, etiā in causa appellationis, sicut & testes nouī recipi, ex. de testib. C. frnitatis tuæ. Vide hic C. de tēp. appel. l. p hāc. Vel nisi talis eēt p̃sona, cui hūficiū restitutiōis in integrū indulgeť. Vide Specul.

Et ad-

Et aduerte, quod licet possint, vsquequo sit in cãussa cõclusum produci, Iudex tñ statim post lit. conteſta. & post iuramentum de calumnia præſtitum, potest præfigere terminũ peremptorium ad exhibendum omnia inſtrumenta, quibus ſunt partes vſuræ in cauſſa. ff. de edend. l. 1. paragr. edenda vbi de hoc.

Quidam tamen hoc admodum durum putãt cum vſq; ad concluſionem, vt ſup. dictum eſt, liceat producere & exhibere inſtrumenta.

Quare & ſi iudex hoc poſſit, non tamen facere debet. ff. de mili. l. non quicquid. ff. de regulis iuris. l. non omne. Vide has l. & Spe.

In Summa aũt nota, quod iudex apud quem res agitur, acta publica tam criminalia quam ciuilia iubebit exhiberi ad veritatem inueſtigandũ vbi res ipſa expoſtulat. C. de eden. l. Is apud quem Vide latius Spe.

¶ Qualiter exhibeantur inſtrumenta.

Inſtrumenta exhibentur, vel iudici, vel parti

¶ Si Iudici, ſic procedas: Venias ad iudicis p̃ſentiam cum tuis inſtrumentis in termino tibi ad hoc aſſignato, dicens: Domine officialis, ad probandum de iure meo produco tibi hæc inſtrumẽta mea pro veris vt publicis in cauſſa tali. N. quam habeo cum tali. N.

Et tum recipiat Iudex vel per Notarium ſuum recipi faciat.

Formam autem talis receptionis, quæ ſcribẽda eſt per notarium vel acta, vide apud Spe.

Sed hoc aduertendum eſt tibi, qui vis producere inſtrumẽta, vt bene legas & prælegas, an ſint pro

pro vel contra te. Nec hoc Quidianum tibi contēnēdum sit: Heu patior telis vulnera facta meis C. de fid. instru. l. Scripturæ ex. eo. c. imputari & de rescrip. c. ex tenore.

Si parti, hoc modo procedas: Recitentur instrumenta a iudice, vel ab eo cui ipse demandarit, parte contraria audiente, quæ sibi copiam postulet.

Instrumentum vero non tradatur parti ad trā scribendum, sed per Notarium vel per duos viros idoneos ad hoc deputatos transcribatur, deinde parti aduersæ copia fiat.

Quod si super vno tantum capitulo de priuilegijs seu instrumentis q̄stio fuerit, illud solū recitetur & etiā scribat, & parti aduersæ copia fiat. ex. de fid. instru. c. contingat.

Illud tamen certo certius est, quod omnium instrumentorum, quibus quis in iudicio vtitur pro se, debet etiam aduersario fieri copia contra se. ff. de eden. l. 1. para. edenda. C. eo l. Is apud quem.

Quod locum habet tam in actore quā in reo.

Veruntamen actor nō potest petere ad suam intensionē fundandam a reo instrumenta sua propria quibus non est vsurus, ex. de proba. c. 1. C. de testibus l. minus. C. de eden. l fi.

Reus vero pōt petere ab actore instrumenta eius propria ad probandum suam exceptionem: C. de eden. l non est nociuum.

Et similiter actor a reo ad replicationem suam probandam. C. eo l fi. in fine. Vide ꝺ pe.

Insuper facienda est parti instrumentorum copia & editio sine die & consule, id est sine publicationibus Instrumenti, ne detur materia machinandi falsum. ff. quemadmodum testa. aperi. li. 1.

&

& ff. de edendo, l 1. para. editiones.

Editio instrumentorum fieri debet.

Vt actor fundat intentionē suam ex instrumēto rei, vel reus exceptionem suam ex instrumento actoris, & tunc non cogitur quis edere, si ipse non vratur.

Quando vtitur. Nam tūc editur, vt videatur aliquid ei posse opponi. Exhibetur tamen tunc sine die & cōsule, ne det materia fabricādi falsum.

Vt de falso accusetur, & tunc cum die & consule editur. De hac materia habes bonam gloss. Insti. de inutilibus stipul. para. Item verborum in verb. eo die, quam vide.

Rationes, vt sunt scripturę, q̄s faciunt mutuatores, vel campsores (a græcis Trapezitæ, id est, numularij vel mensarij dicti) de pecunia mutuata, & hæc edenda sunt aduersario, ff. de eden. l 1. para. editiones & l. argentarius, & l. Si quis, & le. prætor.

Priuata, quæ fcz priuatam continent alicuius vtilitatem, de quibus dic, vt supra. vers. illud autem certo certius est.

Forensia, quæ sunt coram iudicibus, vel alīs publicis personis, vt emancipationes, protestationes, & huiusmodi. ex. de off. ord. c. pastoralis, parag. fi. C. de Iud. l. cum spiritualis. Hęc nisi sint publicata, non sunt edenda, de quib. inf. latius.

Publica, vt acta causſæ, & hæc peti possunt exhiberi, ex. de probati. c. quoniam contra.

Communia, vt instrumenta continentia limitationem parochiarum vel prouinciarum.

Hæreditaria, & huiusmodi, ff. familiæ hercis. l si qui

si qui sunt, ex. de fide instru. c. perpetuos. Vide latius Speculatorem.

Præsente Iudice.

Loco tuto.

Et is qui petit, debet esse contentus inspectione.12 hominum, ex. eo c. accepimus. Sed tamē hoc magis est arbitrarium. Vide latius c 1. extra. de probatio.

¶Instrumentorum duæ sunt species

¶Prima.

Publicum seu authenticum, est quod per manum publicā scriptum est. i. per manum Notarij qui est publica persona. C. de episcopis & cle. l. or. phanotrophos.

Quod multis de causſis sic dicitur.

1 Quod per manum publicam scriptum sit, vt iam dictum.

2 Quod sigillo authentico sigillatum, ex. eo. c. scripta. Sed tum melius dicitur authenticum.

3 Quod authoritate iudicis exemplatum, C. de testa. l. publicati.

4 Quod in iudicio scribatur apud acta publica & valet apud quemcunq; scriptum, C. de eden. l 2. C. de re. iudi. l. gesta. ext. de probatio. c. quoniam contra.

5 Quod habeat subscriptionē triū, vel secūm canones duorum videntiū testiū, etiam si sit p priuatā manum scriptum, ex. de fide. instru. c 2. ex. detesti. c. 1. In authen. de fid. instru. para. si quis igitur.

6 Qđ de archiuo publico producatur liber, seu rationū vel alterius rei, & ei credit si habe. publicū testimoniū

testimonium, scilicet si iudex confiteatur illud esse de archino productum, ex. de præscript. c. ad audientiam. In authen. de his quæ ingredi ad appel. para. si vero. ff. de proba. l. vsus. Et generaliter hic nota omnem scripturam dici de publica. ceu de iure vel speciali consuetudine credatur. ex. de fide instrum. c. cum dilectus. Vide latius Spe.

¶ Secunda.

Priuatum, idq; trifariam fit. Nam aliquando facis scripturam.

Tibi tantum, & illi non creditur, C. de proba. l. exemplo.

Alij tantum, & illi creditur, vt scriptura quã creditori tuo facis cõtra te. ff. de pos. l. publia menia. para. fi. 1.

Tibi & alijs, vt est codex rationum tuarum, cui interdum creditur. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs, & l. quid. para. nummularius, eiusdem naturæ est codex ratiõum & chirographũ, quod fit super depositio: quod solet eadem forma fieri depositario & deponenti, ita vic, vt literæ per medium incidantur, quod etiam fit in alijs contractibus, cui scripturæ standum est d. l. publica. ff. de probatio. l. chirographum. Similiter & scripturæ de pensionibus acceptis, sed regulariter priuatæ scripturæ non creditur. Vide Speculatorem & Iura per eum allegata.

¶ In Summa, nota quod si scriptura priuata inducitur contra eum, qui illam fecit, nec ipse neget se eam fecisse, ei statur d. l. publica: nisi in mutuo, vbi habet biennium excipiens, antequam valeat. C. de non. nu. pec. l. in contractibus.

Si vero neget esse suam, probari oportet.

Vide

Vide Speculatorem.

Ex his colligitur quoq; , qđ proprię literæ p̃iu dicãt ſcribenti, licet fuerit ſcriptura priuata , ex. de trãſact. c. q̃to in princ. Inſti. de fideiuſſi, para. vlti.

¶ Quibus inſtrumentis fides adhibenda & quanta.

Regulare eſt, quod ſolũ publicis vel alio modo authenticis, vt ſup. dictum creditur. Et priuatis quoq; in certis caſibus. Creditur autem publico, ſine aliquo adminiculo, dummodo ſine cancellaria vel innouatione primæ figuræ, vel ſine raſura ſit, quæ poſſunt ſuſpitiõem inducere. Nec ſit deletum vel abolitum. In authen. de fid. inſtru. para. Si vero moriantur, ex. eo c. ex literis.

Verum quod teſtes præiudicent inſtrumento vide eleganter apud Speculatorem.

¶ Quibus modis diuerſæ ſcripturæ in iudicio produ ctæ impugnentur.

Aduertendum hic, quod diuerſæ ſcripturæ in iudicio proponi poſſunt, vt ſunt.

Reſcriptum apoſtolicum.

Inſtrumentum publicum.

Priuata ſcriptura.

Forenſes ſcripturę. Dicitur autem forenſis ſcriptura, quæcunq; fit coram iudicibus, vel alijs publicis perſonis.

Priuilegium, vel confirmatio, vel confeſſio.

Teſtamentum.

Inſtrumentum donationis cauſſa mortis, vel etiam inter viuos.

Inuentarium.

Verum quid contra quamlibet præmiſſarꝝ

excipi valeat, longum hic esset referre, nostrique compendij ratioem excederet.

Quare Spe. in hac parte consule, qui ex ordine quicquid huc facit, satis abunde tractat.

¶De præsumptione.

QVoniam in superioribus de veris & plenis probatiõibus, quæ fiunt per testes vel instrumenta, præmissum est: & quia præsumptiones quandoq; vel plenam vel semiplenã faciunt probationem: ideo recte de præsumptione sequitur.

¶Duo hic videnda

1 Quin sit præsumptio & vnde oriatur.
2 Quot eius species.

¶Quid sit præsumptio

Præsumptio est argumentum ad credendum aliquid factum, surgens ex probatiõe alterius, vt excohabitatione personarum suspectarum præsumitur carnale commertium, extr. de præsumpt. c. literis.

Verum scđm Gof. definitur esse alicuius facti dubij aliquoties plena, aliquãdo vero semiplena inuestigatio seu probatio, id est medium quoddam intellectuale veritatis eliciendæ ex circumstantijs insurgens.

Exemplum sume ex. de præsump. c. ex studijs vide hic latius Specu.

¶Quot præsumptionis spe cies.

TEMERARIA est, quæ surgit a malis hominibus & ex leuibus cauſſis, puta, si videatur aliquis

liquis vel semel cum aliqua conuersari, & statim siniſtri quippiam ſuſpicetur: cum tamen dubia in meliorem partem ſint intentanda, ex. de reg. Iur. cap. ſecun.

Vnde ſi preſbyter amplexetur mulierem, præſumitur id facere cauſſa benedictionis, vel benedicendi, vel ad pœnitentiam exhortandi, 11 q 3. c. abſit. 26 diſtin. c in ſcripturis.

Sed hodie non tantum fidei habent. Idq; forſan ex eorum male ſeruata fide.

Hæc autem præſumptio eſt inualida, & a iure repellitur. Nec mouere debet animum iudicantis. 2 q 1. c 1. ex. de Simo. c. licet Heli.

PROBABILIS ſiue vniuerſalis dicitur præſumptio Iudicis.

Et hæc ſurgit multis ex cauſſis & ſuſpitionibus. Et illi ſtatur, donec contrarium probetur. Vt ſi res ſit patris, præſumitur hæredis eſſe.

Et hæc ante contrarij probationem facit ſemiplenam probationem. Inſuper hæc inducit purgationem, maxime fama crebreſcente, vt extra. de purg. cano. c. ſi quis de gradu. Vide latius Speculatorem.

VIOLENTA, quę ſurgit ex veriſimili probatione, & dicitur præſumptio Iuris, quando ius præſumit ita eſſe, puta ſi apparet chirographrum, cancellatum præſumit debitorem liberatum, ff. de probatio. l. Si Chirographum. Item præſumit quod quis cognouerit vxorem, cum qua diu habitauit. Item ſi quis inuentus ſit nudus cum nuda, & ſolus cum ſola in lecto iacēs, præſumitur quod ſint fornicati, extra. de præſumptio. cap. literis.

Item si quis denunciet ter alicui ne cum vxore sua loquatur, & postmodum inuenit eum cum illa loquentem, potest eum Iudici tradere puniendum, quia violentissima præsumptio est, quod impudice loquatur. In Authen. vt lic. mat, vel auię, para. his quoq; col. C. de. adul. Authen. si quis ei. Alia exempla vide apud Speculatorem.

Et hæc bene inducit Iudicē ad pronunciandū ni probetur contrarium.

NECESSARIA est præsumptio illa, quam communiter vocant iuris & de iure. Hæc inducit probationem & iudicem ad pronunciandum, nec recipit probationem in contrarium.

Dicitur autem ideo iuris & de iure, quia ius vehementer præsumit sic esse vel non esse, & propter talem præsumptionem ius statuit super ea. Verbi gratia: Si quis contraxit cum quadam de futuro, & postea eam cognouerit, ius certe statuit contra huiusmodi matrimonium præsumptum, probationem non admitti. Nam ex quo eam cognouit, intelligitur in eam consensisse, quamuis cum ea non per verba de presenti contraxit, ex. de sponsa. c. is qui & ibi in exemplis notatis. Vide Speculatorem.

¶Annotatiuncula

Summe aūt cauendum iudici per præsumptionem procedenti, ne sententiam precipitet. Tardus enim esse debet ad pœnam infligendā. Vide latius Speculatorem.

¶De iuramenti delatione

PLerunq; ob defectum plenæ probationis defertur actori iusiurādū a iudice, & pars q̄nq; parti defert, ex. de iureiuran, c fi, ff eo, l 1. & 2. & l.

& l. manifeste.

Recte igitur de tali iureiurando q̃d maximũ est expediendarum litium remedium, sequitur.

¶Summa iuramenti diuisio.

PROMISSORIVM dicitur, q̃d super futuro fit. qñ sc; dãdũ vel nõ dãdũ, vel faciẽdũ vel nõ faciẽdũ promittitur, vt si quis Iuramento promittat in iudicio sistere aut litem exequi, C. de epis. vt cle. Authen. generaliter, ex. de sequest. poss. c 1. Et tale iuramẽtũ infamat, qa in eo frangitur fides deo & homini & magis imputatur quã si iuraret de præsentia, vel præterito, quia magis & plenius deliberare potest, C. de transactio, l 5. quis maior. ff. de his qui not. infa. l. Lucius.

ASSERTORIVM, quod fit de præterito vel præsenti, nempe in quo asseritur aliqd esse vel fuisse. Et hoc non infamat q̃tũ ad infamiæ pœnã Huius iuramenti plures sunt species.

¶Iuramenti Assertorij species.

1 De calumnia, cum quis iurat se bona fide, & non animo calumniandi, agere vel respondere egisse vel respondisse. Et hoc iuramentũ de credulitate est, de quo sup. satis dictum est.

2 De veritate, sc; dicenda, de quo etiam supra

3 De malitia, quod præstatur super exceptionibus, vel cum aliquid loco exceptionis proponit de quo similiter supra dictum est satis.

4 Voluntarium, quod pars parti extra iudicium defert, de quo. ff. de iureiuran. l. iusiurandum.

5 Necessarium, quod ipse iudex defert & etiã compellit. Et hoc nemo potest recusare, nisi præ-

datur iusta causſa recusationis. C. de Iureiuran. le. generaliter. Vide

6 Iudiciale, quod pars parti in iudicio defert, Iudice approbante. Et illud non est necessarium subire, imo potest recusari, C. de iureiurand. lege. delata.

¶Necessarium Iuram. triplex.

1 Quando defertur in defectum probationis.
2 Quando defertur iuramentum purgationis.
3 Quando defertur propter litem examinandam Arg. Inst. de acti, paragra. item si quis.

¶Iuramentum de quo hic, quomodo deferendum.

Quando nihil, aut totum, aut plene est probatum: tunc non defertur iuramentum.

Quando semiplene est probatum, tunc defertur reo vel actori, secundum arbitrium Iudicis.

Quando actor habet pro se vnam probationem, & reus etiam pro se vnam, tunc reo deferendum est, quia debemus esse proniores ad soluendum quam ad condemnandum, lege. Arr. ff. de act. & oblig.

¶In iuramenti delatione quatuor spectanda.

¶Primum.

¶An actor aliquid plene probet, an semiplene, vel nihil, vt iam dictum.

¶Secundum.

¶Quia si semiplene probat, distinguendum. Nam quæstio aut est criminalis, aut ciuilis aut mere spiritualis.

Si crimi

Si criminalis, non est deferendum a iudice C. de proba. l. fi. extra de iureiuran. c. fi. quia ibi debent esse aptissimæ probationes C. de dolo. l. dolū a q c. Sciant. Si tamen pars.

Si ciuilis ea rursus diuiditur in famosam, & non famosam.

Famosa, vt actio doli, furti, iniuriarum, q̄d metus caussa: ex quibus fit quis infamis de iure ex sententia, etiam si ciuiliter sit actum ff. de his, qui no. inf. leg. i. Et non deferr̄, licet partes possint, vt sup. Sed vide hic Specu.

Non famosa, & est aut ardua, & nō facile deferetur, ff. de legit. tute, l. legitimos.

Parua, & relinqtur Iudicis arbitrio, & inspecta personarum qualitate procedat, vide Spe.

Si mere spiritualis, puta monachatus vel matrimonij: tunc iudex forte nequit deferre ob defectum probationis. Si autē non sit mere spiritualis, tunc forte potest. Vide hic latius Speculatorem.

¶ Tertium.

Quis melius sciat veritatem, attendendum est: hinc est quod ei de cuius facto agitur præcipue est deferendum, extra. qui matri. accus. poss. c. videtur, ibi. Qui non melius, & c. ff. n. amo. l. marcellus para. fi. in alieno facto non defertur, ne cogatur anceps subire periurium, vt ibi & ff. de in lit. iuran. leg. videamus in prin. & de iureiuran. leg. iusiurandum para. 2.

¶ Quartum.

Qualitas personarum considerandaq, quæ sc3 melior, quæ dignior, quæ præstantior, videatur, vt illi deferatur. d. lege. legitimos ff. de legi. tute, vide Speculator.

¶Annotatio.

Insuper aduerte, quod si actor timeat iusiurandum delaturum reo ex officio suo vt ex. de iure iuran. ca. fi. poterit illi præcludere viam, dicendo reum sibi esse suspectum ff. de re milit. l. non omes para. a barbaris.

Et finaliter nota, quod is ad quem negotium proprio nomine spectat, iusiurandum deferre pōt. Procurator vero non nisi in tribus casibus.

¶Procurator in tribus casibus potest deferre iusiuran.

Si habet ad hoc speciale mandatum.

Si sit datus veluti in rem suam.

Si habeat liberam & generalem ādministrationem: ex. de procura. c. qui ad agendū in fi l. 6.

Item Iuramenti effectus vide latissime apud Iaso. in ti. de actio. parag. item si quis.

¶De disputatione & aduocatorum allegatione.

TESTIBVS publicatis & instrumentis exhibitis, partibus cōfessis, & postremo omnibus peractis, quæ ad factum spectant, iuris allegationibus & disputationibus est insistendū, vt est textus ex. de testibus in ca. in causis. Ideo de his aduocatorum disputationibus dicturi hunc ordinem seruabimus.

¶Ordo dicendorum.

Quid sit allegare vel disputare.

Quis ordo in allegando seruandus.

Qualiter sit allegandum.

Qualiter allegationibus respondendum.

Cautelæ aduocatorum communes.

Cautelæ

Cautelæ aduocati actoris.
Cautelæ aduocati rei.
Officium iudicis allegationes audientis.

Allegare siue disputare, est intentiõem suam per probationes in iudicium deductas ostẽdere, et eam iuribus asseuerare, roborareq; 9 qu. 3 c. alioq; 23 q. vlt. c. conueniet para. allegatur & de fid. inst. c. inter dilectos & de re iud. c. ablate sane li. 6. vide Specu.

Præterea quod huiusmodi disputationes & allegationes fieri debeant super testibus & actitatis. Vide in Authen. de testi. para. quia vero multi & para. nam partes & d. c. incaussis, ext. de testibus, & C. de testibus Authen. Si testis productus dicatur in fin.

¶ Quis ordo in allegationibus seruandus.

Ordo is seruari debet, vt actoris aduocatus primo opponat q̃ ad sui clientuli intentionẽ iuuãdã et fundãdã viderit expedire. Deinde rei aduocat⁹ allegationibus respondeat per dicta testiũ, si potuerit, destruendo allegationes actoris vel per quascũq; alias probationes. Nihilominus allegando & adducendo etiam pro se iura, rationes & exempla & cæt. vide Spec. Et demum si actor originaliter replicare voluerit contra allegationes, datur illi replicatio: & similiter reo conceditur triplicare. Et quandoq; quadruplicare actori.

¶ Qualiter allegandum sit.

DIE itaq; ad disputandum seu allegandum specialiter designata, vtraq; pars habeat copiam omnium eorum. quæ fuerunt in iudicio agitata: et pri⁹ surgat actoris aduocatus, vt sup. ad quẽ speci

aliter pertinet officium disputandi, et iudicem de iustitia præmoneat, de quo fusius Spe. de aduocatis paragra. nunc de exordijs lib. 1. par. 4. ibi vide.

Et fundata sua intentione per probationes facti, quas facere debet, prout hic tibi latius describit Spe. tūc ad iuris probationes & allegationes se diuertat, allegando & inducendo leges & canones. Vide Specu.

¶ Qualiter fit allegationibus respondendum.

Allegationibus actoris aduocatus rei respondsurus, surgat iuxta morem loci, & per ordinem quæ per aduocatum actoris fuerunt proposita, sub epilogo repetat respondendo ad singula & cuncta introducta (si poterit) iure destruendo, siue sit confessio, siue attestationes, siue instrumenta. Vide latius Specu.

¶ Cautelæ aduocatorum communes.

Aduocatus in principio protestetur, si quid lapsu linguæ, errore, vel ignorantia loquatur, quod per hoc non velit neque intendat suo clientulo præiudicare.

Petat causſam cui patrocinaturus est in scriptis vel deliberatius aduocet.

Victoriam non promittat & alium, si necesse fuerit & pregnans est causſa, sibi associet.

Secreta causſæ non pandat.

Semper consulat peritiores.

Nouus aduocatus citius rei partes sumat quã actoris defendendas, quod leuius sit fugere quam impetere.

Scri

Scripturam in iudicium deductam, ore suo nõ legat, ne si falsa sit, ipse falsarius reputetur. Quinimo caueat ab omni falsitatis vitio

Nullam falsam aut abrogatam legẽ vel canonem alleget.

Verbis alterius prouocat⁹, ne se studeat mox vlciſci (vt solent indoctiores aduocati) sed expectato congruo tempore, rationis clypeo se tueat̃.

Ne a iudicio discedat, nisi prius cernat manu notariꝰ acta conscribi

Sit cautus, ne passim pro modico solario aduocet, nam ex hoc vilis & indoctior habetur.

Si iudicium declinare intendat oĩa quæ dicet, & petet, faciat cum protestatione, nempe saluis exceptionibus & defensionibus suis

Oĩa procuratoria & rescripta, per quæ datur seu fundat̃ iurisdictio, & breuiter oĩa acta faciat iudicis authoritate transumi, nã talibus stat̃. C. de testa. l. publicati. ex. de cõfir. vtil. vel inutil. c. pe.

Ne facile aliquid confiteat̃ allegãdo, sed protestetur, vel sub conditione, vel modo proponat.

Ne cõtra cõsciam causſam recipiat, sed q̃ cito eã desperatam senserit, deserat. Quod etiam olim iurare tenebatur, sed hoc in consuetudine non habetur C. de iudi. l. rem non nouam, para. patroni.

Ne litem ex industria, vt solent, protrahat

Quando videt sententiam contra se ferri debere, non sit præsens eo tempore

Cautus sit ne legẽ, vel canonẽ pro se facientẽ publice alleget, sed iudici in aurem dicat, ne partem suam aduersam instruere videatur

¶Notatio

Ex his oĩb⁹ collige, q̃ iurisc̃sult⁹ debet eẽ cautꝰ i cõsilio, i patrocinio fidelis, ĩ iudicio iustꝰ, q̃ q̃dẽ de ta-

de talento ſibi credito tenetur reddere rationem.

Præterea ſi per imprudentiam aduocati quis perdat cauſſam, ipſe, ſicut & iudex tenetur, arg. ff. ad l. aquiliam l. Idem iuris ff. loca. & conduct. le. cum in plures para. locatio ff. de officio preſ. l. illicitas, para. ſicuti. ext. de ætat. & qualit. ord. c. ad aures ff. de pœnis, lege. Si quis aliquid, paragra. ſi quis iuſtum, ff. ad legem Corneliam de falſ. leg. 1 paragra. Is qui.

Et breuiter ſecundū Spe. qualicunq; eius vitio cauſſa prædatur arg. ff. de euicti. l. Si ideo, C. eo. le. emptor. Vide latius Specu. li. i. par. 4. para. de cautelis aduocati vtriuſq;.

¶ De cautelis & officio aduocati actoris.

Curet ampliare cauſſam ſuam & oportet eū eſſe ſagaciorem & diligentiorem aduocato rei, laboret, vt cito reus condemnetur.

Studeat, ſi poteſt, vt prius agatur ſuper poſſeſſorio quàm petitorio, quia commodius eſt poſſidere quam in rem agere, Inſti. de interdicti. parag. retinendæ, ex. de reſt. ſpol. c. ex quæſtione C. de rei vē di. l. ordinarij & ſi expedierit in lite conteſtata poterit de poſſeſſorio ad petitiōem habere recurſum, ex. de cau. poſſ. & proprie, c. paſtoralis ff. de vi et vi ar. l. eum qui fundum.

Vide plures cautelas apud Specu. lib. 1. par. 4 parag. de cautelis aduocati actoris.

¶ De cautelis aduocati rei.

Huius partes ſunt cauſſam actoris extenuare & fugere & deferre, ſic tamen fugiat ne nimia fuga iudex contra eum præſumat.

Sit cautus, vt a cōſpectu iudicis ſiue aduocati actoris

actoris non discedat, ne ille aliquid ei proponat, quod eum mouere possit.

Non subito, sed deliberatus respondeat.

Sit cautus, vt si videat petitionem inepte formatam, vel aliquem alium defectū, propter quē processus possit annullari, taceat, & in fine hoc reiegat. Vide Speculatorem

¶Officiū iudicis allegationes audientis.

Iudex tempore allegationum sedere debet, vt infra latius dicetur

Diligenter inuestiget & intelligat quæ disputantur.

Patienter audiat aduocatos, nec subito eis silētium imponat.

Ad eius officiū spectat supplere, quod a partibus vel aduocatis est omissum. C. quæ desunt aduo. par. iud. supple. l. vnica, ex. de postulando. c. bonæ. Quod verum est in his quæ sunt iurium, puta si aliqua iuris allegatio sit omissa. Potest etiam allegatis respondere, & pro vtraque parte plenius allegare, & leges & canones inducere. Et potest quandoque de facto supplere, & quandoque non

Breuiter non potest supplere in his, quæ nouit vt priuatus. Vide Spe. li. 2. par. 2. de disputatio. & allegatio. para. vlti.

¶De renuntiatione & conclusione.

Finitis patrum allegationib. disputationib. & responsionibus (vt iam diximus) rogare debet iudex ex partibus, velintne aliquid vlterius proponere, vel habeant ne quod in quæstionem vertāt, vt 30. q. 5. c. iudicantem

Quod si nihil habeant partes, renuntient allegationi-

gationibus, quod est in causſa concludere. Quæ omnia redigenda sunt in scriptis, ex. de proba. c. quoniam contra

Sed etsi habeant aliqua dicere, sed tamen sufficienter dictum & probatum est, debet eis dicere quod renũtient & concludant, probatur hoc. C. de iudi. Authen. iubemus ex. de testibus. c. significaue runt & c. cum causſam. para. fi.

Si vero vna partium velit renuntiare & concludere, altera vero dicat se habere quod velit proponere, iudex cogat talem partem intra 30. dies a die renuntiationis proponere & dicere.

Quod si non fecerit, dabit ei iudex alium mẽsem. quod si distulerit, dabit ei tertium, & postea non audiet, sed ad sententiam procedat iudex. C. de iudi. Authen. iubemus, in authẽti. coll. 1. vt cum de appel. cog. para. sed hoc

Intellige autem trinam illam dilationem dandam absenti, sed non præsenti, vel malitioſe petẽti, ff. de fa. l. fi.

Volunt tamen quidam, vt Spe. hanc dilationem esse arbitrariã

Quomodo autem iudex facta renuntiatione, debeat causſæ processum, allegationes & responsiones & singula actitata repilogare Salomonis exemplo, vide Speculatorem.

Sed cum hic locuti simus de renuntiatiõe quæ fit in causis pendentibus coram iudice, sitq; alia renũtiatio huic nõ obsimilis, q̃ q̃tidie quibusdã iuribus in instrumentis publicis renuntiatur, & hac plerumq; notarij & tabelliones indocti abutantur: ideo operæpretium facere videor, si de hac renuntiatiõe, q̃tum ad propositũ satis sit subiũxero.

¶ Quatuor beneficia iuris, quibus præci-

præcipue solet in instrumentis renuntiari.

BENEficium epistolæ diui Adriani, de quo habetur, C. de cõsti. pecul. fi, & insti. de fideiuss. para, si plures ff. de fideiuss. l. inter fideiussores. l. si plures, & l. si dubitetur

Est autem beneficium huius epistolæ, quod q̃ uis aliqui, puta tres, quatuor, decem, sint obligati in solidum, vt scilicet plures fideiusserint pro vno Tamen per hoc beneficium si oẽs præsentes sint soluendo tempore litis contestationis, possunt postulare vt diuidatur actio inter eos, ita vt quisque pro virili actione conueniatur, alioquin nisi dicto beneficio iuuarentur, posset creditor quem vellet insolidum conuenire, vt probant dicta iura. Ergo si huic beneficio sit renuntiatum, poterit creditor quem maluerit conuenire.

Nota tamen hic secundum Baldum in l. si creditores C. de pactis triplicem esse diuisionem

¶ Triplex diuisio.

Quædam fit a principio, quando plures se obligant propriis nominibus expressis, tunc tenetur quilibet pro virili, vt in l. reos, para. cum tabulis, ff. de duob. re. stip.

Quædam fit ex epistola diui Adriani, de q̃ hic loquemur

Quædam venit ex superueniente pacto tacito vel expresso, & fit duobus modis. Primo p receptionẽ virilis portionis. De illa est casus in dicta lege: Si creditores. Secundo per petitionem virilis portionis, vt in l. liberum C. de fideiuss. vbi dicitur quod actio per litis contestationem diuisa amplius reintegrari non potest

¶ Epistola

¶Epistola diui Adriani fallit quinq; casibus

1 In fideiussore tutoris, qui non habet huiusmodi beneficium, licet tutores sint soluēdo, ff. rem pupil. sal. fo. l. fi.

2 In fideiussore fideiussoris. ff. eo. l. si plures, para. fi.

3 Quando cæteri fideiussores soluendo nō sunt tempore litis contestationis.

4 Quando eiusdem pecuniæ siue summæ sint fideiussores, sed non pro eo. debitore ff. eo. l. Si a titio & in gloss. vbi partes petere, insti. de fideiuss. para. Si plures

5 Quando inficiantur ff. eo. l. si dubitet, para. ita.

BENEficium nouæ constitutionis de fideiuss. de quo in authen. de fideiuss. in prin. col. 1, & in authen. præsente C. eo.

Hoc autem beneficio succurritur fideiussoribus, vt postulare possint, q̄d reus principalis primo conueniatur & excutiatur

Et eodem vti possunt mandatores & spōsores. Et hæc vera sunt, si ipse principalis reus præsens sit, & soluendo

Ante autem huius beneficij prouisionem poterat creditor conuenire, quem volebat. Nisi inter partes aliud conuenisset. C. eo. l. iure nostro. quę hodie corrigitur per d. authen. præsente

Si igitur constitutioni huic renuntiatum sit, reditur ad ius antiquum: quod hodie frequens est in practica

BENEficium nouæ constitutionis de duob⁹ reis debendi, quæ dicit quod si plures sint rei debēdi, hoc

di,hoc est plures debitores idonei & soluendo hoc diuisionis beneficium habent, quod quisq; eorum pro sua tantum parte teneatur insolidum

Et sunt duo necessaria cõtra hoc beneficium, scilicet quod promittant & obligent se insolidũ, & renuntient dictæ constitutioni de pluribus reis debendi

Et sic vbi creditor habet plures debitores vel reos debendi insolidum,habet electionem, alterũ quem velit de correis conueniendi insolidum. Secus si eẽnt plures rei debendi pro parte. l. 1. C. de duob,reis stip.& pro. Vnus tamen debitorum soluens totum pro suis condebitoribus,habet actionem negotiorũ gestorum contra cõdebitores, vel mandati contra correos actione sibi concessa per creditorẽ, p l. Si fideiussor. C.de fideiuss.& mãda.

BENEficium cedendarum actionum, de q̃ habetur ff.de fideiuss.l.fideiussoribus, & ff.de solutio. l. Modestinus, & l.Stichum aut Pamphilum para,pe.

Per hoc beneficium postulare possunt fideiussores & alij qui obligati sunt in vna obligatione sibi cedi iura contra fideiussores & alios pro quibus obligati sunt. Alioquin nisi cedantur eis, possunt recusare solutiones, d.l.Stichum aut Pamphilum,para.pe.insti.de satisda.para.si autem. Vide Speculatorem.

¶Præterea sunt & alia beneficia,quibus q̃ti die in instrumentis vtimur,& renuntiatur eis. Quæ hic solum obiter recenfere volumus. Eorum autem explanationes & declarationes vide apud Specu,lib.2.par.2.de renuntiatione

¶Multiplicia beneficia,quibus in instrumentis renuntiari põt,

BENEficium condic. sine caussa, quo quis iuuatur qñ obligat⁹ ē sine caussa vel iniusta caussa. Et non tenetur ff. & C. de condict. sine cau. per totum

Condictio indebiti, qua si soluerit quispiam quod non tenebatur, id repetere potest. C. 1. & ff. de condict. ind. per tot.

ACTIO in factum, quæ competit ex figuris variis caussarum. Vide Speculatorē, de actio. seu petitio. para. 2. vers. rursus 2. & sequenti libr. 2. parte 1.

EXCEptio doli mali, scilicet cum quis asserit se dolo malo & calliditate alicuius ad aliquid inductum. Et huic exceptioni ob dolum præteritū renuntiari potest, ff. de do. exceptio. & ff. & C. de dolo malo per totum

BENEficium condic. incer. quod locum habet, cum hæres rogatus est mihi restituere hæreditatē, vel partē eius: vel quando substitutus sum ei in eum casum, si contingat eum decedere sine liberis. Et hoc incertum condictionis ei remittere vel renuntiare possum. C. de pact. l. 1. & l. cum proponas, & C. de transact. l. de fideicommissis

IVRIS hypothecarum, quod cōpetit vxori in bonis viri. Quia omnia bona viri sunt ei tacite pro dote obligata, & huic ipsa renuntiare potest. C. de pact. conuen. tam super dot. l. fi. ex. de pigno. c. ex literis ad fi. Competit etiam hoc beneficium hypothecarum creditori, cui bona sui debitoris sunt expresse vel tacite obligata. C. de pigno. l. 2. & C. quæ res, pig. oblig. poss. l. fi.

VELLEIani senatusconsulti, quod compe-

tit

petit mulieri quæ leuitate sexus, vel fragilitate se obligauit pro alio: quæ restituitur nisi renuntiauerit. ff. & C. ad senatusc. Velleia. per totum

Mater & auia recipientes tutelas filij vel nepotis, renuntiant secundis nuptijs & velleiano, C. quando mul. tut. off. fung. po. authen. matri

REDHIBItoriæ beneficium, competens ementi ignoranter rem morbosam vel vitiosam, potest nanq; is contra venditorem agere intra sex menses vtiles vt reddat pretium

QVANTI minoris beneficium. Emens enim ignoranter animal vel rem vitiosam potest agere intra annum vtilem contra venditorem, petendo illam partem pretij sibi reddi, quam non dedisset, si vitium præsciuisset. Hæc probantur ff. de redhibito. act. l. Sciendum, para. fi. & l. seq. Et his omnibus renuntiare potest emptor

FERIARVM beneficium, scilicet ne qs in eis in ius vocetur. Vide Speculatorem de fer. ll. 2. parte 1.

¶Beneficia quibus non renuntiatur.

MACEdonianum beneficium, quo cauetur & prohibetur, ne quis mutuam pecuniam det filio familias, & si dederit perdat, & huic non potest renunciari ff. ad Macedo. l. 1. In quib. autē casib. fallat, vide Spe. C. eo. l. 6. & ff. eo. l. 1. para. fi. & ll. sequen. vsq; ad l. Sed Iulianus

RESTITVtionis in integrum, quod competit minoribus sua facilitate læsis, vide Specul.

de in integ. restitu. para, qualiter. ver. Sed nunquid minor. lib. 2. par. 3.

BENEficium vt quisq; condemnetur, in ꝙtum facere potest. i. vt habita ratione ne egeat. Quod competit marito & eius patri ab vxore cõuento, & vxori patrique eius conuento a viro. Itẽ patrono a liberto conuento, & socero a genero cõuento, & patri a filio vel filia. Huic tamen secundum aliquos renuntiari potest

BENEficium ne liber homo ob æs alienum obligetur, cui renuntiari non potest, quia esset contrarium libertati. C. de actio. & oblig. l. ob æs alienum. ex. de pign. c. 2. Vide Speculatorem

EXCEptio non nume. pe. vel non traditæ, vel exhibitæ rei, quandoque competit intra duos annos, quandoque intra 30. dies, vide Specu. lib. 2. par. 2. de renũtiatione.

BENEficium seu priuilegium fori. Nam reus debet cõueniri coram suo iudice, Iuxta regulã: Actor forum rei sequi debet. Et huic priuilegio solo pacto renuntiari non potest secundum aliquos. Sed vide hic Speculatorem. De clerico autem certum est, quod non potest renuntiare priuilegio fori sui.

EST & beneficium fori, quod cõpetit scholaribus, de q̃ vide nouam cõstitutionem Friderici habita. C. Ne fil. pro pat. Sed vide hic latius Speculatorem.

¶ De consilij requisitione.

CAussa concluſa, vt sup. iudex deliberare debet et consulere iurisperitos recepto salario pro assessoribus, vel consilio requirendo, q̃liter pronuntiare debeat: qui suum iudici consilium in scriptis præsentare debent, vt fusius hic Speculator

culator docet

Et si assessores discordant in consilio dando, tunc iudex tertium assumat, vt ex. de off. deleg. c. suspicio.

Porro si malefici ose se discordare fingant, ad sui exonerationem, & ne partium indignationem incurrant: tunc vt tertius assumatur, iudex eis præcipiat sub pœna excommunicationis, si ecclesiastici sint: sin seculares, sub alia pœna, vt veritatē dicant, an concordare possint. Et si necesse sit, etiā excommunicet, vel iurare cogantur maxime fori secularis, facit l. præsenti. para. sane. C. de his q ad eccles. conf. & de iuramento calum. c. 2. li. 6. Vi de Speculatorem.

¶ Verum si huiusmodi consiliarij, vel assessores, dent consilium contra ius, distinguendum esse volunt quidam: quia vel ipse tales elegit, & tunc non obstante eorum cōsilio pronuntiet secundum ius, alioquin litem facit suam. Si autem de partiū consensu electi fuerint, dicunt quidam quod iudex debet iuxta eorum consilium pronuntiare. Vide Speculatorem, & iura per eum allegata.

Processus iudiciarij partis secundæ

FINIS.

TERTIA PARS PROCESSVS IVDICIARIJ, quam finitiuam vocant.

DE SENTENTIAE petitione.



EXPEDITO litis negotio modis quibus supr. 1. sup. actitatis (vt vocant) disputatione habita, concluso negotio, & cum iurisperitis deliberatione habita, supest, vt partes sententiæ prolationem petant, extr. de senten. & re iudi. ca. causſam quæ inter, in fi. Recte igitur nunc de ea sequitur, in qua aduocati cautelis infra scriptis vti debent.

2 Aduocatus priusquam sententiam a iudice petat, diligenter causſæ merita persecruterur, & cum peritis deliberet.

3 Vbi aduocatus sperat verisimiliter pro se causſam sententiam, eam cū expensarum refusione petat, hisce vel similibus verbis: Domine Iudex per præmissa habes certo certius, nos fouisse iustā causſam, & nos iam esse in causſa victoriæ, peto igitur pro parte mea ferri sententiam & partem aduersam condemnari, expensas in hac lite exortas restitui, quæ peti posſe probantur C. de iudicijs l. pro-

l.properandum.parag. Sin autem, ex.de resti.spoliat.ca.1.

4 Si dubius sit de sententia, nihilominus sententiæ ferendæ adsit, vt forte eam iuuare possit. Si vero desperet, vel certus sit de contraria sententia, absentare se poterit. Vide Specu.

De relationibus.

QVoniam plerumque vsu venit, vt Iudex vel is qui causſæ discussit merita, dubitet qualiter pronuntiare debeat. Quo casu solent referre negotium ad superiorem, vt respondeatur ab illis de iure, ostendaturq; qualiter pronuntiari debeat. Hinc plura huiusmodi responsa, quibus in iure ab imperatoribus & iureconsultis data habemus. Hodie vero pertaro propter ignorantiam principes respondent. Recte igitur de tali relatione hic dicendum restat, & quidem hoc ordine.

Ordo dicendorum.

1 Quid sit relatio.
2 De quibus fiat.
3 Quando fieri debeat:
4 Quis relationis effectus.

Quid relatio

Relatio est iudicis de iure dubitantis ad principem missa cōsultatio, vt probatur C. de relatio. l 1. & fi. & ext. de appellat. c. intimasti, & 2 q 7. c. Si quid in ecclesia.

Verum, prohdolor, ob principum incuriam & iudicum temeritatem, hodie hic Relationum vsus fere cum ipso titulo abolitus est.

Olim enim si qua controuersia existeret quæ dubij variiq; iuris esset (quales quotidie multæ incidunt) non continue ad iudicum tribunalia conuolabatur, sed vbi prudentes consuluissent, si iuris magis quam facilis erat, per libellum (quem hodie supplicationem vocant) principi supplicabatur, vt multa nos in C. constitutionibus exempla instruunt.

Sic vero iudiciarij processus grauissimæ impensæ euitabantur. Quondam etiam iudicum ipsorum maior erat integritas. Etenim si quis nouus casus exoriebatur, non tantum aduocatorum discordibus allegationibus, de quibus supra, aquiescebant, sed ipsi etiam si prætoria, vel proconsulari dignitate insignes essent, iurisconsultorum tamen responsa Cæsarumq; rescripta dubitantes, efflagitare solebant. Hodie autem cum hoc modo non fiãt relatiões & Imperatores secundum iam dictam consuetudinem de iure non responderint, vnicamq; illam & propriam Imperatoribus, legum condẽdarq; artem a multis iam seculis non exercuerint, in caussa fuit, vt non modo in infinitum interpretũ opiniones progrederentur, sed & vt grauissimis impendijs litigãtes iura sua ad subsellia iudicum deducere, ac ibi procuratoribus & aduocatis fori harpyis, omni pene facultatum suarum sanguine exugendos se præbere debuerint.

Olim vero & viris iurisperitis respondendi authoritas concessa erat. Ea sublata nihilominus, principes suum morem obtinuerunt, & ad supplices libellos oracula reddiderunt. Si quibus autem non contigerat in iure eruditi, hi saltem in cõsilio studiosos viros habebant, & quam q̃

aliene

alieno ingenio egregie tamen pro publica vtilitate de iure respondebant.

Hodie autem principes nec ipsi docti, nec doctos debito honore apud se fouent: procp doctorũ consilijs venatorijs cornibus, & canum latratibus sese oblectant.

Sed satis sit conceptam animi & si iustam indignationem hactenus euomuisse, ne crabronum aculeos irritasse videar. Concipio tamen spem maximam tempestate hac nostra, maximum Cæsarem Carolum, quantumuis impotentium & furioforum hæreticorum negotijs remoretur, hanc laudem reliquarp rerum strenue gestarp magnitudini additurum, vt hęreticorp furoribus suppressis veterem illam legũ condendarp artem, & de iure respondendi cõsuetudinem exercitaturus sit, atcp propitũ numinis præsidio, veterẽ illam imperatoriam Maiestatem iam cum veterum Imperatorum incuria, tum subditorum principũ rebellione fere collapsam, & ad nudũ nomẽ titulumcp inanẽ redactã recuperaturũ, atcp orbis principatũ imperio restituturp. Quod quãto studio conetur, pluribus iam argumentis manifestum fecit.

¶In quibus facienda fit relatio. & eius conditiones.

In omni caussa, siue ciuilis, ciue criminalis fuerit, vbi de iure dubitatur, facienda est relatio. Sup facto autem si hallucinetur, secus erit, vt in Authen. de iudi. para. fi. coll. 6. Vide ff. de iudi. l. cum qui temere, para. 1.

Minus igitur Iudex culpandus erit, si cum non inueniatur expressum ius, superiorem consuluerit, extr. de no. ope. nunci. c. 1. vel si dubitauerit

de intellectu legis vel cap. ex. de senten. excom. c. inter alia. Vel si super contrarietate iurium perplexus reddatur, ext. de fide instru. c. pastoralis & de restitu. spoli. c. literas & c. 1. lib. 6.

Delegatus autem ab illo debet quærere, qui delegauit eum ff. de off. proconſ. l. Solet. paragr. legatos.

Relationes non malitioſe faciendæ ſunt. Quã doquidem iudex fingens ſe dubitare de iure, infamis fit & in 30. libris auri punietur. C. de lege. li. 2. ſed hæc pœna eſt legalis: Alia eſt ſecundum canones, extr. de ſentent. & de re iudi. c. cum æterni lib. 6. Suſpenſio, ſcilicet ab officio per annum & ad æſtimationem litis condemnatio parti quæ læſa eſt.

Relatio eſt facienda articulo diligenter examinato ſuper quo fieri debet, & partibus præſentibus iudex dicat ſe dubitare, & velle principem conſulere:

Relatio eſt in ſcriptis redigenda a iudice & principi mittenda. Formulas autem huiuſmodi collationum habes apud Speculatorem.

¶ Quando facienda ſit relatio.

Iuris dubium priuſquam ſententialiter declaretur, referendum eſt ad principem, C. eo. l 1. ff. quando appel. ſit. l 1. Et generaliter quoties expedit ex cauſſa iuſta & neceſſaria fit relatio. Exemplo Moſi qui ingreſſus tabernaculum q̃relas populi addominum referebat, Exo. 32. & extr. de re iudi. c. cum æterni li. 6.

¶ Quis

¶Quis relationis effectus.

Effectus relationis seu consultationis est, vt ea pendente nihil innouetur, vel de caussæ meritis inquiratur, aut aliquid fiat. Quod si fiat, irritum fit. C. eo. l. 1. ex. de postula. præb. c. bonæ, para. nec obstabat. Vide Spe.

¶De remissionibus.

Quoniam superior, vel princeps sicut iam diximus, consultus solet rescribere siue respondere super dubio: & remittere: hinc recte de remissionibus nunc videndum, de quibus hoc ordine dicemus, non tamen de sola ista remissione hic agitur, sed etiam de alia remissiõis specie, vt ex sequẽtibus patebit.

¶Ordo dicendorum.

1 Quid sit remissio.
2 Conditiones remissionis, siue casus, in quibus facienda sit.
3 Qualiter fieri debeat.
4 Quod officium eius ad quem remissio fit.

¶Quid remissio.

Remissio, est caussæ commissæ ad committẽtem facta remissio, ex elect. c. dudum.

¶Conditiones remissionis.

Fit in omnibus maioribus caussis, quæ solæ per superiorem tractari debent, extra. de appella. cap. vt debitus in fine, extra. de baptism. ca. maiores. 12. distinction. capi. secundo extra. de transact. cap. primo.

Propter

Propter defectum iurisdictiõis, quam quis sem̃plene habet, vt quia est ei sola cognitio demandata, vel quia est legatus proconsulis. ff. de off. procon. l. Solent, & l. Si quid, & C. ad l. Cor. de fal. l. vbi.

Ex necessitate, vt cum mãdatur alicui vt. procedat, si hoc de partium consensu fuerit.

Alioquin remittat, ext. de rescript. c. ex parte Decani. para. petenti.

Si mandetur, vt intra certum tempus remittatur, & quidem instructa causa. Vide Spe.

Quod testes recipiantur vel instrumenta.

Si superior ad se reuocet negotiũ, & iudex ibi processum causæ remittit, vide latius Spe.

Qualiter remissio facienda sit, fusius hic Spe. describit, quæ vide. In Summa tamẽ hoc nota, q̃d vbi negotium intra certum tempus mandatur, instruendum & postea remittendum, hoc tempus pro peremptorio haberi, &cæ. Vide Spe.

¶ Quod sit officium eius ad quem fit remissio

Is ad quem negotium remittitur recepta remissiõe, priusquam eam aperiat citabit partes, vt contra eius apertionem obiiciant, si quid habeãt quod de iure obiiciendum videatur.

Quod si nihil obiiciatur, aperiat præsentibus partibus & terminum ad recipiendum copiam remissionis præfigat, vt si visum fuerit obiicere possint, ex. de procura. c. in nostra.

Verum si temere quid obiecerint, punientur, ex. de pœnis c. dilectus, & ff. si quis ius dicenti nõ obtem. l 1.

Sed et

Sed et si proponatur remissionem non fore aperiendam, & super hoc diutius disputetur, Iudex sibi ipsi ex caussa aperire potest, non tamen partibus: quemadmodum in attestationibus fieri consueuit.

De apertione autem remissionis publicum instrumentum fiat, in quo describant signa, literæ, seu Characteres sigillorum, sub quibus mittitur intercluſa.

2 Aperta remissione, eam & singula diligēter examinabit. Quo facto, vel admittet vel repellet actorem vel reum, ad probandum vel approbādū, prout sibi de iure videbitur fore faciendum, vel cassabit processum remittendo, remittens, si eum inuenerit ex tenore remissionis, vel aliter quam secundum iuris ordinem factum, vel in se repugnātia continere, vel ad vlteriora procedet si eum inuenerit rite factum, extra. de purg. cri. c. cum dilectus, paragra. his igitur. Vide latius Specula. lib. 2 par. 2. titu. de remiss.

¶ De sententiæ prolatione.

HAbita cum peritis deliberatione, vt sup. facta q; relatiōe, Iudex p̄ sentib. partibus, vel se cōtumaciter absentātibus, sentētiā ferre debet. Recte igitur nunc de ipsa Sententia, & ijs quæ ipsam sequuntur tractandū, est: idque sequenti ordine.

¶ Ordo dicendorum.

1. Quid sit sententia.
2. Quot eius Species.
3. A quo sit ferenda.
4. Quando sit ferenda.

5 Con

5 Conditiones sententiæ ferendæ, id est, qualiter sit ferenda.
6 Quæ & quot in qualibet sunt necessaria sententia.
7 Diuersæ formulæ sententiatum.
8 Quis sit effectus sententiæ.
9 Sententia qualiter impugnetur, vt sit nulla.

Quid sit sententia.

SENTENTIA est iudicialis diffinitio, controuersiæ finem imponens, condemnationem vel absolutiõem cõtinens. Verum excommunicatio, interdictum, suspensio proprie non sunt sententiæ sed pœnæ. Improprie tamen etiam dicuntur sententiæ.

¶ Quatuor species iudicialis sententiæ.

INTERLOCVTORIA est, quæ fertur inter principium causæ & finem, non super principali sed super incidẽtibus quæstionibus, vel emergentibus, puta super libello ferendo, vel corrigendo, super dilatione danda vel deneganda & similibus exceptionibus, extr. de officijs deleg. c. Significantibus.

DIFFINITIVA est, quæ principalem diffinit quæstionem. Et debet semper continere condẽnationem, vel absolutionem expresse vel virtualiter. ff. de arbitr. le. quid tamen, paragra. Si arbiter. Alioquin non valet, ff. re. iudic. lege. i. C. eo. leg. præses. secun. quest. 6. ca. ei qui paragra. diffinitiua. extra. de accusat. cap. illa. Nisi in appellationis sententia, vbi non est necesse quod iudex dicat: Absol-

Absoluo vel cõdemno, sed tantum: confirmo, vel infirmo priorem sententiam, C. de appel. l. eos. Respon. 1. in fi. Vide Specul.

PRAECEPTVM, vt cum Iudex sine causæ cognitione præcipit alicui vt soluat alij X. ds petit sub certo termino sibi præfigẽdo sine causæ cognitione. i. de plano, vel sine processu iudiciario puta sine libello, sed alias cum instrumento debiti vel quod reus confiteatur se debere, vide hic fusius Speculator.

MVLCTA est, cum quis pecuniariter punitur, p iudicem propter euidentem litigatoris cõtumaciam C. de mod. mulct. per to. ff. Si quis ius dic. non obtemd. i.

Et est differentia inter mulctam & pœnam. Hæc enim infligitur in corpore illa vero in pecunia.

¶A quo sit sententia ferenda.

PER OS IVDICIS ipsius proprium. Non enim debet alteri committere prolationem verborum. Alioquin ipso iure nulla est. C. de sentent. ex breui. recit. le. 1. & 2 ff. de arbi. le. non distinguemus para. quæsito est, vers. 1. Quod si hoc modo. Ex. de consue. c. ad audientiam nostram.

Nisi iudex sit illustris, qui potest per alium recitare, modo is cui committit sciat legere, in Authen. vt ab illustri. & qui super eam dignitat. sunt. coll. sexto. paragra. Sancimus ibi ne cogantur.

Etsi sint plures iudices, omnes simul sententiã ferre debent. Alias non valet vnius sententia, nisi vnus sit per contumaciam absens, quia tunc valet

valet sententia præsentium ff. de re. iud. le. duo ex tribus extra. de officijs deleg. c. prudentiam, para. adijcimus: vel nisi vnus de mandato aliorum pronuntiet, vel nisi in cõmissione cõtineatur, quod vnus possit sine alio procedere ff. de arbi. leg. Si tres Sed vide hic latius Specu.

A SVO IVDICE. i. ab eo qui iurisdictionẽ habet in quæstione proposita, alioquin ipso iure non valet, lata a non iudice competente extra. de iudic. cap. c. vt si clerici, & de consuetu, ca. ad misericordiã C. Si a non compet. iudic. leg. fina. Vide Speculator.

¶Quando sententia ferenda.

LITE CONTESTATA, confessionibus probationibus, allegationibus auditis, omnibusque caussæ meritis diligenter inuestigatis, die non feriato, & ante crepusculum noctis. Et in summa ordine iudiciario seruato ferenda est sententia. 30. q. 5 c. Si quis, paragra. his ita, & duobus sequentibus c. extra. vt lit. non contest. per to. ff. de ferijs. le. Si feriatis: alioquin sententia ordine iudiciario substantiali prætermisso non tenet C. de sen. ex breu. reci. l. 2 3 & 4 & hæc vera regulariter, verum in casibus, in quibus reus fit contumax fallit, quandoquidem lite non contestata possunt testes recipi & sententia ferri vt sup. de testibus dictum est.

INTRA BIENNIVM secundum leges, si caussa criminalis. Si vero ciuilis intra triennium, C. de iudi. l. properandum. Sed secundum canones lapsu triennij non perit instantia extra. de iudicijs, c. p. vide latius Specu.

¶Conditiones sententiæ siue qualiter sit ferenda.

1 Antequam feratur, debet esse bene discussa, ex actitatis in iudicio & a iurisperitis deliberata, vt sup. satis diximus de requisitione consilij.

2 Non debet fieri nisi citatis partibus ad eam audiendam, extra. de testibus cap. cum olim in fi. Alioquin non valet.

3 Ferenda est a iudice sedente pro tribunali in loco consueto, vel alias honesto, vtraq; parte præsente, vel altera contumaciter absente: & in scriptis prius redacta, & correcta ac sacris coram positis ex. de dolo. & contu. c. veritatis C. de iudicijs l. properandum, & l. rem non nouam, & C. quomodo & quando iudex l. ea. quæ.

4 Debet fieri secundum allegata & probata, & non secundum conscientiam. tert. quæst. 1. cap. iudicet ff. de offic. præs. le. illicitas paragra. Veritas extra. de officijs. iudic. ordi. cap. Si sacerdos.

Vide hæc iura, & vide glosam, extra. de officijs deleg. cap. pastoralis paragra. quia vero. & vide consilium Capellæ, quod recitat tibi glosam insti. quibus mod. tutel. lib. fin. paragra. fi. in verb. ex habitu.

5 Debet fieri etiam quandoque secundum cõ suetudinem loci, in quo contractum est, vbi litigatores sunt diuersorum locorum. Vide hic latius Speculator.

6 Debet esse certa, C. de senten. quæ sine cert. quanti, per to. Plures conditiones vide apud Speculatorem.

¶ Sex in qualibet sententia contineri debent.

1 NOMEN iudicis, an sit delegatus vel ordinarius.

2 Nomina litigatorum.

3 Tenor petitionis in iudicio porrectæ.

4 Substantia processus causſæ, puta lit. contestatio, iuramenti præstatio, & huiusmodi.

5 Quod fiat mentio, partes esse præsentes, vel per contumaciam absentes.

6 Quod contineat condemnationem vel absolutionem, pronuntiationem, & alia quæ videbuntur iudici optima.

¶ De diuersis sententiarum formis.

Interlocutoriarum.

Præceptorum.

Diffinitiuarum.

Sententiæ arbitrorum.

Condemnationes in causſa criminali & mulctæ.

Sententiæ in causſa appellationis.

Sententiæ excommunicatiõis, interdicti, suspensionis & absolutionis.

Sententiarum super dispensationibus.

¶ Quis sententiæ effectus.

1 QVOD FACIT ius inter partes. i. inter quos est lata, vbi in rem transiuerit iudicatam, etiam si sit lata contra ius litigatoris, secun. quæsti. 6. cap. ei qui, paragra. diffinitiua, extra. de re iudic. cap. cum inter vos, in fine. Nam res iudicata pro veritate accipitur, vt ff. de reg. iur. lege res iudicata.

2 Quod non rescinditur prætextu instrumentorũ postea repertorũ, extr. de re iudic. l. inter monasterium

tium,& c.suborta in fi.& C.de transact.l.Sub p̄-textu.C,de re iud.l.Sub spem.

Præterea non rescinditur ratione calculi,seu malæ computationis,C.de re iud.l.2. nisi error calculi in sententia exprimatur ff.quæ sen.sine appella.rescin.l. 1.

3 Quod ex re iudicata datur actori actio, de re iudicata,vel in factum,C.de re iud.paragra.fi. & C.de reb.cred.l. actori.Reo autem exceptio,si pro eo sit lata.Et intellige hos effectus, quādo sententia non est nulla vel non est appellatum ab ea: alias secus.Vide Specu.

¶Sententia quandoque est nulla ipso iure vel ratione.

Iudicis,vt quia erat excommunicatus vel infamis,seruus,mulier.Vide iura apud Specu.

Iurisdictionis,quia est lata a non suo iudice.

Litigatorum, quia lata est contra minorem. 25.annis.sine tuto.vel curat,authoritate.

Loci, vt si ep̄us tulit eam ex. suā diocœsim.

Temporis,vt si lata in die feriato.

Caussæ, vt si non continet absolutionem vel condemnationem.

Quantitatis, vt si datus ad cognoscēdum de X,pronuntiauit de viginti.

Modi,vt quia est lata a iudice procedente,seu stante & non sedente.

Processus,vt si est lata lite non contest.vel omisso aliquo de his quæ ad substantiam ordinis iudiciarij.

Manifestæ iniquitatis,puta si contineat in se expressum errorem.

Omnium horum modorum iura & allegationes vide apud Speculatorem lib. 2. part. 3. titul. de senten.

¶ Annullatur siue retractatur sententia.

Per appellationem.
Supplicationem.
In integrum restitutionem.
Per simplicem petitionem, in illis casibus, in quibus iudex potest suam sententiam tractare.
Per querelam falsi.
Per implorationem tristis auxilij, vt si sententia lata sit cõtra seruum, ille appellare non potest, sed permittitur ei implorare triste auxilium. ff. de appel. l. Serui.

Quando post sententiam nullo remedio attentatam, iterum de causa cognoscitur, vide Speculatorem.

¶ De sententiæ exequutione.

NEMINI non compertum est, parum esse sententiam ferri, nisi & ipsa exequutioni mandetur, arg. in c. cum aliquibus. extr. de sentent. & re iudic. Igitur hic de sententiæ exequutione sequitur, in qua explicanda hoc ordine procedemus.

¶ Ordo tractandorum.

a Quæ sententia sit exequutioni mandanda.
e A quibus sit facienda illa exequutio.

4 Post quod tempus exequenda sit
5 Qualiter & quo iure exequutio petatur
6 Qualiter impediatur exequutio.

¶Quæ sententia sit exequutioni mandanda.

Quæ de iure valet sententia, exequi debet: & quæ non est per appellationem vel beneficium restitutionis suspensa. C. de executi. rei iudi. l. 1. & l. Si vt propono. & l. fi. ff. de re iudica. l. Si cũ nulla, & l. vnica. C. de in integ. restit. post ne quid no. fiat, & ff. ad Turpili. l. 1. para. fi.

Alioqui differri debet donec appellatiõis vel restitutionis quæstio decidat, ex. de off. deleg. c. pastoralis, para. præterea. & para. fi.

Verum si suspensa fuerit per supplicationem nihilominus exequutioni mãdabitur: hoc tamen seruato, vt victor satisdet de eo q̃d obtinuerit restituendo, si forte contingat priorem sentẽtiam retractari. C. de precib. impe. off. authen. quæ supplicatio. Sed si postulata & obtenta in integ. restitu. pendente causa suspitio sit, quod malitiose postulata fuerit, mandabitur nihilominus executiõi talis sententia prius lata: sub tamen prædicta cautione, ex. de integ. restitu. c. significata

¶A quibus facienda sit exequutio.

Explorati iuris est, sententiam exequutioni mandari posse ab ipsis iudicibus ordinarijs, siue ipsi sententiam tulerint, siue eorum delegati, si ue eorum arbitri compromissarij, mõ ipsorum arbitrorum sententia expresso partium consensu cõ

firmata sit vel tacito, s. decem dierum lapsu, vbi compromissum non fuerit aliqua pœna vallatum extra de for.compe.cap. Si quis contra. 1. quæstio. 4 ca. quisquis ff. de re. iud. leg. A diuo. 1. respons. i. & parag. sententiam. C. de arbi. l. pe. & de iud. l. properandum. para. Si autem reus.

Rationem autem quare solum ordinarij executioni sententiam mandent, vide apud Speculatorem.

Interim tamen nota, quod iudex secularis q̃n doque exequitur sententiam ecclesiastici, si ab ecclesiastico imploretur. Vide cap. primo de offici. ordinarij.

Item nota, quod iudices in causis criminalibus sententias suas non per se, sed per alios executores, quos carnifices vocant, exequi possunt, & tales condemnatis vitæ pœnam infligentes, non peccant. 23 quæst. 5. c. miles non frustra cū homo, q̃ vide. Imo merentur, & priuilegiandi sunt. Sed male ij audiunt apud nebulones, fures, latrões; apud bonos viros minime, &c.

¶ In quibus rebus debeat fieri executio.

Reali actiõe si actum. i. si aliqua res certa sit petita, puta, prædium, vel equus, vel domus. mittendus est actor in possessionem rei sibi adiudicatę extra. de re iud. c. dum Bertoldus in fi.

Mandabit enim iudex suo executori, quod ipsam rem, seu eius realem & corporalem possessionem det actori.

Et hoc præceptum in actis redigatur. Et ex illo mandato executor mandatum exequi debet,

& iu

& iudici referat, quicquid fecerit: cuius relatio redigi potest etiam in actis.

Formulas huius præcepti & executionis, vide apud Speculatorem.

PERSOnali vel alio modo si actum sit, fieri debet executio in rebus condemnatis, hoc ordine. Primo capiantur bona mobilia, si quæ possidet. Secundo immobilia. Tertio peruenitur ad nomina siue iura. i. ad ea quæ ei debẽtur, dum tamẽ sint liquida & confessa

Et si res dare recuset, manu militari cogatur, & procedatur contra talem sicut supra de primo et secundo decretis dictum est.

Vide formulas hmõi executionũ apud Spec.

¶Post quantum temporis spãa fit executioni mandanda.

In PERSOnali actione regulariter post quatuor menses sententia executioni mandanda ẽ: & non ante, ex. de off. deleg. c. quærẽti, & c. quod ad consultationem de senten. & de re iudi. C. de vsu rei iud. l. 2. & l. fi. ff. de re iudi. l. Si debitori.

Hoc tamen quadrimestre tempus nonnunquam causa cognita, vel arctari vel extendi potest causæ personarum & locorum qualitate & ratione inspecta. d. c. quod ad consultationem, & ff. de re iudi. l. 2. Vide hęc iura.

In REAli, si non est appellatũ a sententia nec restitutio postulata, si res illa sit præsens, est statim post decendium .i. X. dierum spatium, executioni mandanda: quoniam tunc transit sententia in rem iudicatam, instit. de offi. iudi. in prin. ex. de elect. c. cum dilecti, in fi. & de testibus c. significauerunt

In CRIMINALI sententia lata quæ non est per appellationē, vel per in integ. rest. vel p̄ supplicationem suspensa, C. de pœ. l. cum reis.

Nisi princeps ex iracundia tulit sentētiam, C. de pœ. l. Si vindicari, & nisi sententia sit lata contra mulierem pregnantem, cuius executio differtur vsq; post tempus partus ff. de pœ. l. pregnantem.

Similiter si lata est in seruū, quæ differtur, donec seruus domino rationem reddiderit. C. de bo. præscrip. l. 2.

Et certis alijs modis differtur, quos vide apud Speculatorem.

¶Annotatio

¶Verum venditio pignoris, seu rerum pro pignore captarum fiat post quatuor menses, tamen olim fiebat post duos menses, & hoc cum capiuntur ex diffinitiua sententia ff. de re iudi. l. debitori para. finali

Si vero interlocutoria, expectandū forte p̄ annū, C. de præscrip. trigin. vel q̄dragin. anno. C. l. si quis emptionis, para, pe. In pignore autem conuētiali biennium, C. de iure. do. impe. l. fi.

Vel iudex ex suo arbitrio diffiniat hoc tēpus vbi non est diffinitum a lege arg. ff. de iure. delib. l. fi. para. fi. ex. de off. deleg. c. de caussis, para. illis etiam. Vel dentur in solutum actori, vt supra tractauimus in primo & secundo Decreto.

Illud tamen etiam interim nota, quod iudex delegatus post annum sententiam suam exeq non potest, ex. de off. deleg. c. quærenti

¶Qualiter & quo iure sententiæ exequutio petatur

¶Iudicis

Iudicis officio petenda est sententiæ executio & non actione in factum, ex re iudicata descende re secundum Speculatorem, & sine libello, qa exe cutio in facto cõsistit, vt probatur subtiliter ff. de re iudi. l. a diuo Pio per totam legem

Et fit summaria cognitio, cum de capiũdis pignoribus disputatur

Vide hic Speculatorem pulchre probantem, quod iudicis officio petenda sit, non obstante, qd victor duo hæc habeat auxilia, s. iudicis officium & actionem iudicati

¶ Qualiter exequutio sententiæ impediatur

1 Legitima appellatio interposita, ex. de iure iur. c. veniẽtes, & de appel. c. solicitudinẽ, 2. q. 6. c. Post appellationem, & de re iudi. c. 1. ff. nihil. nouand. appel. interpo. l. vnica. C. de tempor. appell. Authen. ei quia

2 Si in integrum rest. postulata sit. C. de in integ. rest. postu. l. vnica

3 Si actio iudicati iure reuocatiõis introducta sit in nouam petitionem ff. de re iudi. l. 4. para. Si ex conuentione.

4 Si fuerit supplicatum, id est, in consistorio principis agitetur sententia C. de tempo. appel. authen, Sed & lis, & ex. de appel. c. ex insinuatione. Vide iura.

5 Si delegatus a principe. i. Papa. vel Impe. sententiam a se latam exequi velit. ff. de re iudica. l. a diuo Pio in prin.

6 Si ordinarius velit exequi suam sententiam in rebus extra suam iurisdictionẽ positis ff. de bo.

aut. iud. poss. l. Cũ vnus, para. is qui possidere. C. de iudi. l. properandum. para. Sin autem reus.

7 Si condemnatus suorum bonorum faciat cessionem. C. qui bo. cedere. poss. l. 1.

8 Si obijciat, quod facta sit transactio post sententiam arg. ff. in ius vo. l. neq; para. 1.

9 In conuento a multis actione noxali non prestando seruũ ei qui primo vicit, cæteris postea vincentibus iudicati actio denegatur. ff. de noxal. l. Si quis a multis. Idem potest dici in conuento a pluribus actione reali ff. de rei vendi, l. is a quo fundus. Vide hic Speculatorem

10 Si dolose aliquid executor egit. ff. de neg. gest. l. 3. para. Si executor

11 Si per dolosam allegatiõem obtinuit is pro quo lata est snīa, vel si is contra quem lata est iusto impedimento detentus absens fuit, ff. de iudi. l. Si prætor, para. fi. & ex. de re iudi. c. cum Bertoldus, para. postmodum

12 Si executor modum excedit in exequendo vel sententiam male interpretando. Et breuiter oī exceptione quæ potest contra executionem opponi. De quibus dic, vt notatur ex. de re iudi. c. quod ad consultationem. De quibus inf. latius dicemus in materia appel.

13 Vbicunq; sententia dicitur esse nulla, quod fit multis modis, vt sup. ostendi

Si res petita peruenit ad actorem, C. de re iudi. l. 1. ff. de condict. sine ca. l. 1. et 2. Verum in criminalibus, differtur executio quandoque in certis casibus, vt in muliere pregnante, & vbi princeps extra cuncta sententiã tulit, de quibus sup. Vide Spe.

De appellatione.

Iniusta

INiusta sententia Iudicis grauatus appellatiõis remedio iuuatur. Ideo recte nunc de appellatione sequitur, in cuius materia hunc ordinem seruabimus.

¶Ordo dicendorum.

1 Quid sit appellatio, & quis possit appellare.
2 In quibus casibus, & ex qui. causs. possit appellari, & quando teneat appel. vel non.
3 A quibus appelletur, & ad quem.
4 Quando & intra qd̃ tempus appellari possit
5 Qualiter fieri debeat appel. & quæ conditiones obseruandæ sint in appellatione.
6 Intra quæ tpa fiet appellationis persecutio.
7 Quoties sit appellandum.
8 Quod officium eius, a quo appellatur.
9 Quod Iudicis, ad quem appellatur.
10 Quis sit effectus appellationis.
11 Qualiter appellatio impugnetur.

¶Quid sit appellatio.

Appellatio est Iurisdictiõis prioris Iudicis per inuocationẽ Iurisdictionis superioris Iudicis rite facta suspensio, secundum Hostiens.

Sed scd̃m Azo. est a minore iudice per inuocationẽ maioris iudicis, prætextu iniquitatis, primæ latæ sententiæ recessio ff. de mino. l præfecti.

Et principaliter inducta est appellatio ad iniquitatẽ vel imperitiã Iudicis corrigẽdam. Vel ad supplendum, quod incaute in priori iudicio fuerat emissum.

Et est de iure naturali cum sit defensio: & de iure ciuili secundum formam.

Nam olim reddebatur ius regia manu, nec erant inuentæ actiones & solennitates iudiciorũ & appellationum, l 2. ff. de origine iur.

¶Quis

¶Quis possit appellare

Omnis oppressus seu iniuste grauatus quicunque sit, appellare potest, 2 q 6.c, omnis oppressus & c. Ideo ex. de appel. c. vt debitus.

Etiam si sit excommunicatus vt inf. dicemus

Is cuius interest vel cui mandatum est, vt procurator, vel qui negotium alienum gerit, 2 q 6.c. non solent, extr. de elect. c. cum inter. etiam si patrum interfit alicuius apellantis, ff. de appel. l. a. sententia, & ex. de re iud. c. cum super.

Fideiussor pro eo pro q̃ interuenit, potest appellare. Si venditoris fideiussor, victo emptore potest appellare.

Legatarij & qui libertatem acceperunt victo hærede ab eo, qui de inofficioso egit.

Venditor emptore super proprietate victo potest appellare & contra. Vide Spe.

¶In quibus casibus & ex quibus caussis appellare possit, & quando teneat appellatio, vel non.

Regulariter. In omni caussa & ex omni grauamine appellari potest, nisi vbi sit prohibita appellatio. Vbi aut sit prohibita, mox subiũgemus: quo viso facile agnoscetur, vbi sit permissa. Cum cognito vno contrariorum, cognoscatur & reliquum, Inst. de his qui sunt sui vel alie. iur. parag. 1 & de tuto. para. 1.

1 Contumax non auditur, 2 q 6.c. ei qui, para. Sunt etiam quorum, ex. de appel. c. personas, C. de iud. l. Properandum, para. Sin autem.

2 Homicida, veneficus, adulter, manifestam violentiam inferens, insignis latro, concitator sedi

tionis

tionis, dux factionis, raptor virginum, si sit argumentis superatus, testibus conuictus, non auditur appellans. Sed statim est sententia exequenda in prędictos, c.ei qui.para.Sunt etiam.parag.de appel.l.constitutiones.C.de rapto.virg.l.vnica. Vide Speculatorem.

3 Non licet appellare Officiali Curiæ, puta executori vel tabellioni condemnato ratione administrationis, in qua deliquit, d.para.Sunt etiam vers.Nulli quorum, C.quorum appel. non recip. l.nulli.

4 Non appellat is, a q̃ fiscalis calculi satisfactio aut tributariæ functionis munus, vel euidentis & cõuicti debiti publici vel priuati, redditio exposcitur, d. para. Sunt etiam, vers.quot.C.quorum appel.non recipitur, l.abstinendum, & l.fi.

Et arguit Spe.quod si non appellet in tributis: ergo videtur, quod nec in decimis, quæ sunt tributa animarum appellabitur. 16 q 1.c. decimæ, extr. decimis c.tua nobis,

Sed hæc fabula surdis & furiosis frustra narratur.

5 Non appellatur ab executore, nisi modum excedat, d.para.Sunt etiam, C.quorum appel.nõ recip.leg.ab executore, ex.de appel.c.nouit. Vide Speculatorem.

6 Non appellatur in momentanea possessione, d.para.Sunt etiam, vers.Si possess.& C. Si de momen.poss.fue.ap.l.1.

Sed secundum canones appellatur ex.de testi. c. Significauerunt, & rest.spo.c.ex conquestione.

7 Non appellatur a nominatione publici muneris, quod est vtilitate priuatum, vt est in tutela vel cura, ff.quãdo appel, sit necess.l.1.Inst.de excu. tuto.

tuto.para.qui autem excusare.

Secus si sit publicum authoritate & vtilitate C.de appel.l 4.& l.hi q ad ciuilia,& l.noiationes

8 Quando res dilationē nō capit. ff.de appel. rescin. vel non l.fi.vtpote,vt excommunicatus absoluatur ex.de appel.c. qua fronte . Vel ne testamentū apiatur,vel ne scriptus hæres in poss. mittatur,vel ne frumentum in subsidium militiæ trās mittatur. Vide iura apud Specu.

9 Cum appellationi est tacite vel expresse renuntiatum.

10 In delictis notorijs, si per appellationē velit quis in eis perseuerare.

Nam appellatio non debet esse p̄sidium iniq tatis,ex.de appel.c.cū sit Romana,in fi.& c. pue nit,& c.consuluit, & c.reprehensibilis,ff.de appel. l,Constitutiōes,C.quor appel.nō recip.l 2.

Idq; siue sit notoria de iure siue de facto. Vi.Spe.

11 A correctione,ex.de off.ord.c.licet. Vide tamen distinctionem apud Specu.

12 Quando appellatio in rescripto prohibetur quod solus princeps facit,ff. a qui.appel. non licet l.1.in fi.ex.de appel.c.super eo.

Sed certe per hoc sola appellatio friuola intelligit esse remota,ex.de off.deleg.c.Sup q̄stionum.

13 Non appellatur a principe, vt a Papa, vel Impe.vt inf.latius dicemus.

14 Ab interlocutoria secūdum leges nisi in certis casibus.Sed scd̄m canones sic.Et quādocumq; quis grauatur,ex.de appel.c.cum cessante.

15 Non potest tertio appellari,vt inf.dicemus.

16 Non appellatur ab arbitro, C.de arb.l 1,nisi sit delegat⁹,2 q 6. c ei qui.para. fi. vers. Similiter

17 Nō appellat a sn̄ia excoicatiōis vel interdi.

Quod

Quod verum intellige, quoad hoc vt sententia suspendatur. Vide Specu.

18 A sententia q̃ nulla est, non est necesse appellare. Quæ aũt sit nulla, sup. dictum est.

19 Nõ valet appellatio sine caussa post citationem factã interposita, ex. de appel. c. meminimus

20 Non potest appellari ab eo q̃d maior pars facit, ex. de his quæ fi. a ma. parte cap. c 1.

21 Clericus ad residentiã ecclesiæ suæ monitus nõ potest appellare, ex. de appel. c. Peruenit,

22 Non appellatur ab episcopo, in quẽ cõpromissum est scđm ll. C. de episco. aud. l. ẽpale. & in Authen. ibidem. Secus aũt secundum canones, 2 q 6. c. omnis oppressus.

23 Non valet appellatio generalis, ext. de appel. c 2. & c. consuluit.

24 Non valet appellatio in minimis caussis, arg. 2 q 6. c. Anterioꝛ, vers. illud etiã & arg. ff. de dolo, l. Si quis affirmauerit, C. de senten. ex bre. recit. Authen. nisi breuis.

25 Non tenet appellatio, qũ is q̃ præstito iuramento ab excoicatione est absolutus, interponit appellationẽ priusquam sibi aliquid iniungatur, ex. de appel. c. quæstioni, &c. sacro in fi. de senten. excommunicationis.

26 Non valet appellatio si Iudex reuocauerit grauamen propter quod fuit appellatum, extr. de de appel. c. cum cessante.

27 Non valet, si fiat ab eo q̃ non potest appel.

28 Non valet. si condẽnatus de falsa moneta appellauerit, C. de fal. mone. l 1. in prin.

29 Non potest appellare q̃ terminũ recepit ad procedẽdũ, vel ad soluendum, vel alias processui caussæ acquieuit, ex. de off. deleg. c. gratum, C. de re iud. l. ad solutionem.

30 Nõ

30 Non valet appel. vbi relapsus in hæresim curiæ seculari traditur, ext. de hæreti. c. ad abolendam, para. illos quoq;.

32 Non potest quis appellare ab eo, quod ipse fecit, vel procurauit fieri, C. de reb. cred. l. generaliter, para. 1. vers. quis enim.

32 Victor non potest appellare a sententia propter expensarum condemnationem omissam, C. quando prouo. non est ne l. fi.

33 Post decendium non appellatur, c. anteriorum. 2 q 6. & ext. de re iud. c. quod ad consultationem. Vide Specu.

¶ A quibus appelletur

Regulariter ab omnib⁹ tam delegatis quam ordinarijs appellari potest, 2 q 6. c 2. & c. Romanā ecclesiam, & ex. de appel. c. cum sit Romana, nisi in rescripto remota sit appellatio, vt sup. diximus

¶ A quibus non appelletur

A principe, id est Papa vel Imperatore. 2 q 6. c. anteriorum vers. illo. 9 q 3. c. cūcta, & c. per principalem.

Sententia præfecti Prætorio, sed supplicatur ab ea, C. de senten. præf. præ. l 1. quam vide.

Senatu, ff. a quibus appellari non licet. l 1. Vi de Speculatorem.

Sententia arbitri, vt sup. diximus.

Executore, vt sup. quoq; dictum est.

Sententia lata in Curia Franciæ de facto hodie non appellatur. Cum rex ipse in temporalibus superiorem non recognoscat, vt adulatur ei papa in c. per venerabilem, ex. qui filij sint legit.

De Iure tamen subest Romano Imp. 7 q 1. c. in apibus. Qui canon habet verba Hieronymi, quæ magis

magis me afficiunt, quam verba adulatoris.

Iudicibus, quos communis consensus elegit. 2 q 6.c.a Iudicibus. Vide ibi glos. sed de his. vide latius Speculatorem.

¶Ad quem sit appellandum

Regulariter a minore ad minorem appellatur, & quidem gradatim, id est, ad eum qui in gradu proximus superior est ei a quo appellatur, puta ab archidiacono ad Episcopum, ab episcopo ad archiepiscopum, ab archiepiscopo ad primatē & a primate ad Papam, C. de appel. l. præcipimꝰ ff. de appel. l. Imperatores. 2 q 6. c. Si quis putauerit & c. anteriorum, para. ad hoc, & para. illo.

¶Omissis mediis appellari potest ad

Pontificem ex. de appel. c. si duobus, c. solicitudinem, & c. antiqua, ex. de priuilegi.

Et est ratio, quia ipse est ordinarius singulorꝫ, ex. de elect. c. cum nobis olim. Vide Specu.

Imperatorem, quoniā is Dominus mundi est, ff. ad l. Rhod. de iactu. l deprecatio. Et omnes prouinciæ sunt sub eo. 63 distin. c. Adrianus. Et omnes nationes. 11 q 1. c. hæc si quis, para. volumus.

Et omnes principes. 7 q 1. c. in apibus. Omnia que sunt in eius potestate 7. distict. c. quo iure, & 12 q 1. c. futurā, & C. de q̄drien. præscrip. l bñ zenone.

Non tamen patitur in p̄iudiciū inferiorꝫ ordinariorꝫ, & in damnū ac molestiam litigatorum ad se omissis mediis appellari. Quod si fiat remittit appellātem ad Iudicem competentē vt in l. Imperatores, ff. de appel.

Et licet omnia possit, & legibus non astringatur, tamen vult viuere secundum leges, C. de leg. l. digna vox est.

Veruntamen vt hæc plenius intelligantur, di
stinguendum erit vt sequitur.

¶Si appelletur ab ordinario, gradatim est ap
pellandum, excepto Papa, vt supr. dictum est.

¶Si a delegato, subdistingue, quia vel est dele
gatus ad vniuersitatem caussarum vt est vicarius
episcopi, vel officialis, qui ordinarius censetur: tūc
appellatur ad Archiepiscopum, ad quem ab epis-
copo appellatur, quia vnum & idem consistoriū
censetur officialis & episcopi, ex. de appel. c. Ro-
mana. Et intellige etiā hæc excepto Papa, ad quē
absq; medio appellari potest.

Vel ad vnam caussam, idq; aut a principe: et
tunc ad ipsum principē appellatur, ff. quis & quo
app. l. 1. ex. de off. deleg. c. Super quæstionum.

Aut ab alio inferiore ordinario: & tunc etiā
ad eundem ordinariū appellandum, d. l 1. & fi. eo
t. & ex. de app. c. cum spirituali.

¶Si a Subdelegato principis, puta cum dele-
gatus principis subdelegauit: itez distingue. Nam
talis aut subdelegauit totam caussam. Et tunc tan
tum ad principem appellatur. Ext. de off. deleg. c.
Super quæstion. para. Porro.

Aut aliquid de Iurisdictione sibi retinuit. Et
tunc vel est remota appellatio in rescripto. Et non
potest appellari ad Papam, sed ad delegatum tan
tum, qui eum subdelegauit, secūdum plerosq;. Et
si fiat appellatio, non valebit, imo remittetur ad
delegatum. Et est speciale in hoc casu, vt omissis
medijs non possit appellari ad Papam, d. parag.
Porro: Plericq; tamen contrarium tenent. Vide
Speculatorem.

Si vero non sit remota appellatio, communi
ter

ter tenetur, quod ad delegatū, vel ad Papā omisso delegato. Vide Specu.

¶Si a conseruatore, idem est quod in delegato, exceptis casibus qui habentur de off. delega. c.fi.lib.6.

¶Si ab arbitris, qui in caussa suspitionis cognoscunt, vel cum de reuocatione literarum ambigitur: tunc appellatur ad Papam. Sed ab arbitris quos compromissarios vocant, non appellatur, C.de Arbi.l.1.& 2.q 6.c a.iudicibus.

¶Quando & intra quod tempus appellandum sit.

Statim & quandocunq; grauamen infertur vel inferri putatur per quēcunq; iudicialem processum, appellari posse iura volunt, ex. de appel. c.ex parte M.& c.dilect. Vel per interlocutoriam vt in c.cum cessante, vel per diffinitiuam, vt in c. oblatæ de app.& de testa.c.Rapnutius & c.Raynaldus etiā extra iudicium, vt c.bonę de elect.& c statuimus de elect.lib.6.

Intra decendium, id est, decem dies, & non vltra, siue ab interlocutoria, siue a diffinitiua, ext.de test.c.Significauerunt de re iud.c.quod ad consultationem de confir.vtil.vel inutil.c.bonæ,2 q 6.c. anteriorum,& Authen.hodie, C.de appel. Sed hodie correctum est per d.Authen. Nam olim intra biduum appellandum erat, vt l.eos,para.Sin autem in iudicio. Et computatur hoc decēdium a die latæ sententiæ, vt sup.d.c.ad consultationē. Dicūt tamen alig, hoc tempus esse vtile, q̄ad sui initiū.

Sed quantum ad sui progressum esse continuum, & ideo computari & currere a tempore scientiæ, C. quomodo & qñ iud. sen. pro. debet l. ab eo quam vide, & Specu.

Idem autem dicendum videtur, vbi nō potest appellari, sed supplicari in Authen. vt Sponsi. larg. para. aliud, col. 9.

¶ Qualiter fieri debeat appellatio, & quæ conditiones obseruandæ.

¶ Appellatio vel fit a diffinitiua sentētia. Et distingue. Quia vel appellatur ilico, atq; in continēti. Et sic potest viua voce apud acta appellari, C. de appel. l. litigatoribus, & 2 q 6. c ei qui para. litigatoribus in fi.

Vel non in continenti, sed postquam a tribunali iudex recesserit: & tunc debet fieri appellatio in scriptis, C. de appel. l. litigatoribus, ff. quando appel. sit. l 1. para. dies.

Et non est necesse scribere & exprimere causam appellandi, ex. de appel. c 1. lib. 6.

¶ Vel ab Interlocutoria sententia. Et tunc appellatur vel in iudicio & in continenti, vel extra, vsq; ad decendium in scriptis. d. c 1. ex. li. 6. Et causa appellandi hic exprimenda est. d. c 1. vide latius Specu. recitantem opiniones aliquorum.

¶ Vel a sententia excōmunicationis. Et similiter debet iusta causa appellandi exprimi. Sunt tamen qui dicant appellationem talem tenere, sine iustæ causæ expressione, sicut in appellatione a sententia diffinitiua, & allegant c. per tuas, extr. de senten, excommu. Vide Specu.

Verum qualiter appellationes in diuersis articulis

ticulis sint formandæ,& quid appellat. continere debeat,vide Spe.in ti.actatu libellorum li.2.par.3 ti.de appel.para.de officio.quoq;.

¶Conditiones obseruandæ in appellatione duplices.

¶Necessariæ.

1 Vt proponat in appellatiõe caussam grauaminis,vel illati,vel comminati, extra.de appell. c.vt debitus:quæ probata debet legitima reputari,d.c.& sequen.

2 Quod caussa sit expressa & vera,extr. eo.c. interposita.Vide.

3 Quod si proposita sit exceptio,faciat iudicẽ super ea interloqui vtrum eam velit admittere, vel non: alioqui non posset coram iudice appellationis ostendere se ex hac caussa grauatum esse.

4 Vt appellationem suam aduersario suo notificet,maxime cum non in continenti appellatur

5 Quod fiat in scriptis.

6 Quod fiat intra.X dies vt sup.dictum est.

7 Quod petantur Apo.instanter.intra.30.dies. Et si eos habere nõ põt,protestetur,vt inf.dicem⁹.

8 Si appellans velit,debet venire instructus ad eum Iudicem ad quem appellat,vel instructũ mittet ad totam caussam:aliter reputabitur nõ appellans,ex.de appel.c.i.lib.6.

9 Debet solicite procurare, vt intra annũ terminetur,vt inf.latius dicetur.

10 Quod nomen Iudicis a quo appellatur, & nomen appellationis,&eius ad quẽ appellatur,et nomen aduersarij,i.cõtra quem appellatur, exprimatur,ff.de appel.l.i.in fin.Si non exprimatur,tñ non nocet,vt videtur velle.l.3.ff.eo.Vide.

¶Non necessariæ

1 Quod offerat se paratũ statim probare causam, propter quã appellat, quod si denegetur, hoc commodi habet, quod veritatem causſæ appellationis non cogitur probare coram Iudice appellationis, probata illa recusatione. Vide Spe.

2 Appellans sit cautus, & attendat an sibi expediat assignare terminum, ad prosequendam appellationem, vel non. Quod potest facere, ex. eo c. oblatæ. Et qualem, an longum, vel breuem. Vide hic latius Specu.

¶Intra quæ tempora fieri debeat appellationis prosecutio.

Regulariter tempus exercendę & finiendæ appellatiõis est annus, & ex iusta causſa puta impedimẽti biennium, intra quod tẽpus vtraq; & altera pars potest prosequi causſam. Quo transacto, lite non completa, iudiceq; appellationis nihil pronũtiante, sententia prima transit in rem iudicatam, & manet rata. Si ergo appellans vult absente aduersario pronuntiari ne sententia prima confirmetur, debet vltimo mense comparere, & aduersarium facere citari, C. de tempo. & repara. appel. Authen. ei qui, ex. de appel. c. constitutus. Potest tamen iudex a quo appellatur, tempus breuius moderari, ext. de appel. c. cum sit Romana, & c. sæpe, quæ vide. Veruntamen hæc regula certas habet fallentias, id est exceptiones.

¶Exceptiones à prædicta regula

regula.

1 CVM APPELLATOR iuste impeditus non potest persequi appellationem. Quia tunc etiam post biennium prosequi potest, extra. de appellat. cap. ex ratione. Iuste autem impeditur, si ipse vel eius procurator in itinere capiat, & id genus alia, argu. C. qui pet. tu vel cur. lege cum a matribus, extra de pigno. cap. pe. Vel propter infirmitatem, vel propter tempestatem, vel inopiam. 5 quæstion. 3 cap. si ægrotans, extra de dolo, et contu. c. cum dilecti.

PRAETEREA iusta causa est, cum lis in consistorio Imperatoris inferenda, & Imperator proceres conuocare non potest intra hoc tempus, 2 quæstion. 6. c. anteriorum. vers. ad hoc. Simile est de curia pontificis. Vide Speculatorem pleraſque alias describentem.

2 CVM APPELLANS non potest habere iudicis copiam ad quem appellauit, quia vel non vult, vel non potest procedere in Authen. vt spon sa, largi. para. hoc quoq;. In hoc tamen casu consulte fecerit appellans, si protestetur hoc publice, extra. de appel. c. fi.

3 SI TEMPORE prosequendæ appellatio nis partes causam ad arbitros cõmiserint. Nam tunc etiam post biennium causa reduci potest ad iudices appellationis, C. de tempo. ap. lege. i. in authen: Si tamen, & Auth. de appel. col. 8. & extra. de appel. cap. Significantibus. Et generaliter sola negligentia imputatur, arg. ff. de excus. tuto. l. Scire oportet. Præmissa fere omnia probantur in Authen. de his qui ingredi. ad appel. in prin. parag. 1, 2 & 3. Vide & latius Speculator.

¶ Quoties sit appellandum.

Regulariter appellari potest super quolibet articulo, vel grauamine, & a qualibet interlocutoria ante sententiam. Verum a diffinitiua sententia, tantum bis appellatur, non tertio extra. de appel. c. directe. C. ne liceat in vna eademque tertio, pro. lege vnica. extra. de appel. cap. sua nobis. Quo fit vt cum multa sint capitula in caussa, ante litis contestation. multoties possit appellari. Nam super quolibet potest bis appellari. Sic & post sententiam diffinitiuam bis tantum, intellige ab eadem parte. Nam altera etiam potest sup eodem capitulo vel sententia appellare. Vide Spec.

Et nota, quod licet tertio non appelletur, tamē in integrum restitutio petitur, & supplicatur contra res bis iudicas, ff. de mino. leg. minor. & le. se. ex. de in integ. rest. l. cum ex. literis para. pe. ex. de re iud. c. caussa.

Præterea licet regulariter bis possit appellari tamen quandoq; tantum semel appellatur. C. de episco. aud. l. Si quis litigantium, & C. de appel. l. Iubemus, & l. in offerendis, in Authen. de appell. & intra quæ tempo. para. illud col. 4. & 2 q 6 c. anteriorum. para. illud.

¶ Quod sit officium eius, a quo appellatur.

1 Vt recipiat appellationem, & reuerenter ei deferat, si ex caussa legitima sit interposita, quod si non fecerit, secundum leges punitur in 30 libris auri, & similiter officialis eius, C. de appel. l. quoniam iudices, & lege iudicibus. Vide. Secundum

cc. vero

ec. vero debet deponi. 2 q 6 c. decreto, Secũdum de cretales autem mittitur ad sedem apostolicã pro meritis recepturus, ex. de appel. c. de priore. Et non nocebit appellanti, si eius appellatio legitima non admittatur, ex. de appel. c. Sæpe. Si vero appel. talis quod iudex eam non debet recipere, non punitur non recipiens, imo debet appellantem temere punire secundum ll. in. 50 libris argent. C. quor. appell. non recip. l. ab executore in fi. Et quandoq; etiam temere appellãs, fit infamis, C. de appel. l. a proconsulibus. Secundum ec. vero remittendus est ad eum a quo appellauit, condemnatus in expẽsas, vt in c. vt debitus in fin. Porro quis iudicare debeat super appellatio. & caussa expressa an sit probabilis & iusta. Item quæ caussæ iustæ & rationabiles, quæ mediæ siue dubiæ, vide apud Speculatorem.

2 Recepta appellatione, debet dare appellanti apostolos requisitos, & offerre etiam non petẽti. de quibus inf. Et secundum locorum distantiam ac personarũ et negotij qualitatem appellanti tẽpus indulgeat ad persequendam appellationem, extra. de apppel. c. 1. lib. 6.

3 Appellatione pendente, siue recepta sit, siue non, nouari nihil debet, nisi certum sit appellationem fore temeratiam & iniustam: tunc enim potest exequi sententiam, vt si sit conuictus de crimine, vel sit insignis latro, & cæt. De quibus dictum est sup.

¶ Quod officium eius ad quem appellatur.

1 Recipere appellationem oblatã & diligẽter

eius formam inspicere, & videre an fuerit intra decem dies appellatum, vel an fuerit appellationi renuntiatum tacite vel expresse, ex. de appel. c. Romana para. Si vero li. 6.

2 Vbi ante sententiam appellatum est, debet videre ex qua caussa fit appellatum, nempe an sit talis quæ probata sit ligitima, & an caussa sufficiens sit proposita.

3 Debet partes citare, & coram suo tribunale vocare, extra. de appel. cap. per tuas, nisi quando appellationi defertur a iudice, & terminus præfigitur ad prosequendam appellationem. Quando quidem terminus præfixus habetur loco peremptoriæ citationis, extra. de appel. c. Sæpe.

4 Vbi cognouerit caussam sufficientem, tecpiat libellum, & fiat lit. contestatio.

5 Vbi cognouerit caussam appellationis iniustam vel temerariam, pronuntiabit appellationē iniustam, & condemnabit appellantem in expensis, & ad eum a quo appellauit remittet, vt ille in caussa procedat, extra. de appel. cap. vt debitus, in fi. & cap. cum in ecclesia, extra. de offic. delega. ca. insinuante, extra. de eo. qui mitt. in poss. cau. refer. c. cum venisset, in fin. 2 quæst. 6. cap. anteriorum, in fin.

Verum si a definitiua sententia appellatum sit, non est quod iudex magnopere laboret inquirendo, an caussa appellationis fuerit iusta vel iniusta. Quandoquidem a diffinitiua potest appellari sine caussæ expressione sufficitq; dicere: Appello ab iniqua sententia.

Porro varias appellationum formulas vide apud Speculatorem, scitu enim dignæ sunt.

¶ Quis

¶Quis sit effectus appellationis

Effectus appellationis is est, vt ea pẽdente nihil innouetur, sed omnia in eo statu permaneãt, in quo erant tempore appellationis emanatæ. 2. q. 6. c. post appellationem interpositam, ff. nihil innouand. ap. pen. l. vnica, ex. de appel. c. bonæ. C. eo leg. 3.

Excipiuntur tamen multi casus, in quibus innouare licet. Et sunt qui sequuntur

¶Casus in quibus innouare licet, pendente appell.

1 Cum reus suspectus est de dilapidatione fructuum rei actori adiudicatæ, hoc enim casu fructus separãtur. 2. q. 6. c. quotiens, & ex. de sequest. posit. & fruc. c. fi. C, quo appel. non recip. l. ab executione, ff. de appel. l. Imperatore

2 Cum hæres conuictus super legato appellat non tamen defertur appellationi, imo cauere debet de restituẽdo. ff. vt lega. vt fidei com. no. caue. l. postquam, para. Imperator

3 Si condemnatus de crimine appellat, nec potest dare fideiussorem, quoniã erit in custodia vsq; dum veniat ad eum ad quem appellauit. C. de appel. l. eos qui, para. Super his

4 In illis casibus, in quibus appellatio non admittitur, de quibus supra visum est

5 Si excommunicatus appellet ab excommunicationis sententia post appellationẽ põt excõicatus denuntiari, ex. de ap. c. pastoralis, pa. ver. qa

6 Quando super notorio crimine accusatus offert excusationis probationes, quibus non obstantibus & reiectis iudex procedit, & ab hoc talis accusatus appellat: nihilominus

post

post appellationem iudex contra talem pronunti at. Dicunt talem sententiã tenere, dummõ coram iudice appellationis de notorio fiat fides.

Sed secus est in alijs iudicijs, quæ per omnia iu diciarium ordinem requirunt. Vide Speculato rem.

7 Iudex, a quo appellatum est, quandoque in terponit suam iurisdictionem, propter animarum periculum in fauorem matrimonij, ex. de matri. con. interdi. eccle. con. c. 2. Quidã tamen hoc solum admittunt in ordinario.

8 Ordinarius potest post appellationẽ possessionem turbatam reformare, ex. de appell. c. cum tenea mur.

9 Vbi ordinarius ignorat appellatum fuisse ad superiorem, tenet sententia contra appellantem per eum lata, ex. de appel. c. Si duobus.

10 Potest & appellantem notorie delinquentem punire, ex. de appel. c. proposuit in fin.

11 Iudex a quo appellatur, potest tempus appellationis a lege præscriptum, de quo supra moderari, c. cum sit Romana, ex. de appellatione. Vide

12 Potest & appellantem cogere propriam appellationem prosequi, ex. de appel. c. consuluit, in fi & c. reprehensibilis, para. 1.

13 Si præfixus sit a iudice terminus ad prosequendam appellationem, & appellans intra illud non prosequatur, Iudex poterit sententiam exequi, vel in causa procedere. d. c. cum sit Romana, vers. infra quod, & c. ad aures eo. Vide latius Speculatorem

14 Licet iudex detulerit appellationi, tamẽ in tromittit se de iurisdictione, absoluendo ab excõmunica-

municatione,& cautionem nomine ecclesiæ recipiendo ex.de appel.c.qua fronte.

¶Qualiter impugnetur appellatio,

Et si ex præmissis satis superque appareat, q̃liter appellatio in iudicio exhibita debeat impugnari:tamen vt huius rei tyrunculis res clarior fiat, aliqua in genere hic adscribere operæpretium fore arbitramur,quibus solent appellationes impugnari: cætera autem ex prædictis colligi possunt.

1 Contra appellationis instrumentum in iudicio exhibitum,opponi potest omne illud, quod supra docuimus de instr.edit.Et vide Speculatorem lib.2.par.2. De instr.eden.para postremo.

2 Opponere poteris si visum fuerit, quod appellans non potuit appellare. Qui autem nõ possunt appellare, supra satis ostensum est

3 Quod nõ sit talis caussa in qua possit appellari.In quibus autem caussis non potest appellari, vide supra

4 Quod sit appellatio frustratoria,vel q̃d appellatio in rescripto fuerit remota, vt supra

5 Quod a tali sit appellatum,a quo non potest appellari.A quibus autem non possit appellari,dictum est supra

6 Quod sit appellatum ad eum, ad quem non debuit appellari, vel quod ex rescripti apostolici forma is qui aditus est,non potest de appellatione cognoscere

7 Quod non sit appellatum intra tempus competens.

8 Quod appellatio in forma non est legitima & quæ seruanda sunt seruata in ea minime

9 Quod appellans non fuerit sententiam suam prosecutus intra legitimum tempus.

10 Quod est vltra bis appellatum

11 Quod appellãs mortuus sit, & ideo in causa appell. nõ posse procedi. C. Si pend. appel. mors leg. 5.

12 Quod non fuerit a iudice recepta, vel a parte approbata, nec recipi ac approbari debuerit,

13 Quod appellans suæ propriæ appellationi non detulerit, nec de ea mentionem fecit, vt ex. de rescrip. c. ex parte. quod vide

14 Quod non detulerit appellatiõi aduersarij quare sua non valet, nec ei deferendum est, ex. de elect. c. bonæ, circa prin. Vide. Et de appel. c. an sit

Vide tamen Spe. dicta iura limitantem, scilicet quod non semper verum sit, quod si non detulerim appellationi tuæ contra me, ergo non tenearis meæ deferre.

15 Qđ appellans renuntiarit appellationi, procedẽdo postea coram eo, a quo appellauit, vel forte transegit, ex. de off. deleg. c. gratum, C. de tempo. appel. l. fi. para. fi. & ff. a quib. appel. non. lic. l. 1. para. Si quis. Vide latius Speculatorem

¶ De apostolorum petitione.

QVoniam post appellationem interpositã de qua supra, Iudex a quo appellatum ẽ, literas dare debet ad eum, qui de appellatione cognoscit: quas quidem literas apostolos, siue literas dimissorias appellant (ff. de libel. dimis. leg. vnica) & eos appellans cum instantia petere debet.

Igitur

Igitur nunc ex ordine recte de apostolorū petitione sequitur.

¶Ordo tractandorum

1 Quid sint apostoli & vnde dicantur
2 Quot apostolorum species
3 Infra quod tempus peti debeant ab appellante,
4 Quid continere debeant

¶Quid apostoli

Apostoli sunt literæ testimoniales a iudice a quo, ad iudicem ad quem .i. qui cognituros est de causa appellationis datæ. Quorum sensus erit: appellasse puta Titium a sententia illius quæ inter illos dicta est. Ideo a meo iudicio illum dimitto, & ad vestrum examen dirigo, ff. libel. dimiss. l. vnica & de verbo. sig. l. dimissoriæ

Hinc & dimissorias etiam vocant. Dictæ dimissoriæ, quod per eas causa ad eum qui appellatus est, dimittitur, d. l. dimissoriæ

Apostoli vero .i. nuntij dicti ab ἀποστέλλειν .i. mittere, quod mittant̄ ad iudicem secundū, quo de causa appellationis instrui possit. Qui si appellationi detulit, dimissorij dicunt̄ apostoli, l. fi. C. de appella. Si non detulit, refutatorij

Omes autem obsequij aduersus superiorem testimonium præstant. Vnde et si dubitet an deferendum sit, tamen dari debent. c. 1. de appella. Et ideo reuerētiales a quibusdam appellantur, vt ex subscriptis clarius patebit.

¶Quatuor apostolorum species.

CON

CONVENtiales, & sunt quos pars admittit siue in iudicio iudice refutante, siue tacente, ex. iudicium, c. Sæpe. 2. respon. & c. oblatæ. De appellatione.

TESTIMOniales, quia testificantur de appellatione facta coram iudice

DIMISsorij, per quos apparet, quod iudex appellationi detulit, & quod appellantem a sua iurisdictione exemit, & causam ad quem appellatum est, remittit.

REVERENtiales, vt quando propter superioris reuerentiam appellatiõi differtur, vt in l. eos. para. super his C. de appella.

REFVTAtorij, per quos apparet, quod iudex non defert appellationi, scilicet quando est appellatio friuola & frustratoria. Talibus enim non est a iudice deferẽdum, nec ius defert c. cum appellationibus. De appellatio. lib. 6.

Verum vt breuiter cognoscas, præter ea quæ supra de appellatione dicta sunt, cui appellationi deferendum sit & cui non, nota quæ sequuntur.

¶ Quadruplex appellatio.

MANIfeste frustratoria, vt quando appellatur in crimine notorio, & talis repellitur & a iure, & a iudice quocunque

LATENter frustratoria, vt cum in appellatione exprimitur rationabilis caussa, sed quæ falsa est. Et talis repellitur a iure, sed admittitur a iudice quousq; constet de falso

MANIfeste probabilis, vt cum appellat ex iusta caussa in iure expressa, & manifeste notoria vt lit. non contest. c. 2. Et hæc admittitur & a iure

& a

& a iudice, nisi data cum clausula sit: Appellatione remota

LATENter probabilis, vt quando exprimitur iusta caussa, sed a iure non expressa. Et illa etiam non admittitur & a iure & a iudice

¶Intra quod tempus peti debeant apostoli.

Petēdi sunt apostoli intra triginta dies ab appellante, a die latæ sententiæ C. de appellatio. l. iudicibus, & in c. ab eo, de appel. lib. 6.

Sufficit autem petere apostolos instanter & sępius intra illos triginta dies. Vel etiam possunt peti vno contextu sæpius & instanter, c. quamuis de appel. in Cle.

Et si iudex non det, protestetur hoc ipsum appellans, & non nocebit ei, C. de appel. l. eos. para. apostolos ff. de libel. dimiss. l. 1. in fi.

Verum qui apostolos non petit appellationi renuntiare intelligitur, d. cle. quamuis. Idem si in termino quem ei iudex eorum accipiendorū caussa statuerit, non compareat

Succurri tamē in his casibus rusticitati quidā existimauerunt. Nec enim omnes hanc iuris obseruationem nouerunt. Sed tamen id incertum est.

Continere autem debent quis appellet, a quo ad quem sup quo, & ex qua caussa. Formulas, vide apud Speculatorem.

¶De in integrum restitutione.

QVoniam sicut appellationis remedio succurritur iudicum sententijs grauato, ita et restitutionis in integrum beneficio.

Ideo post appellationem tractatam, & de in integrum restitutione, quantum hic satis, tractandum videtur, idque hoc ordine

¶Ordo dicendorum

1 Quid sit in integrum restitutio
2 Quis possit eam petere, & quando
3 Qualiter in integrum restitutio petatur
4 Intra quod tempus restitutio danda sit
5 Quis possit in integrum restituere
6 Quis sit eius effectus

¶Quid sit in integrum restitutio.

Est autem in integrum restitutio prioris status, vel iuris, vel audientiæ redintegratio, ex. de in integ. restituti. c. ex literis. C. de senten. pass. l. 1.

¶Quis possit in integrum restitui petere, & quando.

1 Minor restituitur super omnibus, quæ in minori ætate gessit, si enormiter lapsus sit, vel sui facilitate, vel aduersarij calliditate ff. de mino. l. qđ si minor, para. non semper, & l. non omnia, & l. ait prætor, para. fi. ext. eo. c. constitutus.

2 Si omisit instrumentum, vel allegationem, vel exceptionem, vel probationem sibi necessariam. Vide Spe. &c auditis ex. eo. &c suscitata. &

c. eo.

c.coram,&ff.de mino.l.minor autem,para.Si autem princeps

3 Si omisit aliquam exceptionem, quam non proposuit intra terminum sibi statutum,ex. de exceptio,c.pastoralis

4 Si detulit vel remisit iuramentum,ff.de iure iuran l.nam postea,para.Si minor

5 Restituitur in positionibus C.Si aduers. trãsact.l.1.&2.

6 Restituitur contra sententiam in eum latam tutore seu curatore interueniente, C. Si tutor, vel curat.inter.leg.2.& C.Si aduers.rem iudi.l.1.

Simile est in ecclesia prælato interueniente.10. q.1.c.Si episcopum

7 Contra acceptilationem a se factam,& contra electionem,cum potuit melius eligere,& plicitationem rem suam melius vendere & lucrari, ff.de mino.l.ait prætor,para.fi.

8 Si se negotijs immiscuit alicuius ff. eo. l. qđ si minor.

9 Subuenitur & fideiussoribus eius. Vide Speculatorem

10 Subuenitur propter præuaricationem aduocati.C.de aduo.de iudi.l.1.

11 Si vsus est iure communi C.de in integ. restitu.mino.l. fi.

12 Si iurauit se non petiturum in inte.restitu.& est pubes,quamuis sit deceptus.C.Si aduersus vendi.l.Sacramenta

13 Propter propria delicta,C.Si aduers.delict. leg.1.

14 Non subuenitur minori ex cõtractu paterno, etiã si mortuo patre tempus solutionis incidat

in tempus minoris, ff, eo.l, Aemilius

15 Qui veniam impetrauit, non restituitur super his quæ postea facit, C. de his qui ve, æta, impe.l.1.

16 Non datur restitutio filijs contra patrē, propter reuerētiam. Idem in libertis. C. qui & aduers. quos in integ. resti. non poss. l.2. in fi.

17 Super eodem non datur bis restitutio, nisi noua defensio prętendatur. C. si sæpe. in integ. restit. postu. l. fi.

18 Si semel est denegata, nec sit appellatū, non datur nisi ad appellandum. C. si sæpe. in integ. resti. postu. l.1. Vide Speculatorem

19 Denegatur restitutio propter mendacium, si cum contraheret, maiorem se dixit. C. si minor. se maiorem dix. l.1.2. & 3.

20 Fauore libertatis non restituitur minor aduersus seruum manumissum, licet dolo manumissi. Sed manumissus propter dolum tenetur. C. si aduer. liber. l.2.

Sed in oibus supradictis, vide diligenter Speculatorem.

PRIVILEGIATVS contra priuilegiatum restituitur. Quare si procurator fisci rem minoris distraxit minori pretio quā valet, minor restituitur. C. Si aduer. fis. l.1. Et sic priuilegiato seruit priuilegium contra aliud priuilegiū ff. eo. l. verum, para fi. Vide speculatorem

ECCLESIA etiam iure minoris semper illæsa seruatur, extraua. eo. c.1. Ideoque ipsa sicut minor restituitur in omnibus contractibus, & negotijs, iudicijs, & sententijs, in quibus enormiter læditur

lædítur, ex eo. c. 1. & c auditis, & c. cum ex literis & c. coram

RESPVBLICA & ipsa iure minorū vti tur, & instar eorum debet restitui C. lib. XI. de Curato. Reip. l. Rempublicam. Vide hic fusius Speculatorem.

PRAELATVS nomine ecclesiæ sicut & defensor ciuitatis nomine vniuersitatis potest sine speciali mandato restitutionem petere, arg. ff. de off. eius qui vicem alie. iud. obt. l. 1. Isti enim funguntur vice tutorum vel curato. arg. C. de episco pis & cler. l. orphanotrophos.

MAIOR XXV. an. si læsus est iudicio, vel extra, dolo, metu, aduersarij sui restituetur per actionem vel quod metus caussa, iudicis officio, C. de dolo malo, & C. quod met. caus. per to.

Simile, si lædatur cum ex caussa necessaria est absens vel probabili, puta caussa reipublicæ, vel studij, vel peregrinationis, legationis suæ ciuitatis, vel prosequēdæ suæ appellationis, vel testimonij ferendi, vel in vinculis detinetur, vel venire non potest. Restituitur enim in eo in quo læsus est in ab sentia ff. ex. quib. caus. maio. l. Succurritur, & l. in eadem caussa, ff. de iudi. l. 2. para. legatis

¶ Verum circa sententiam contra maiorem absentem latam, distingue vt supra.

Si ex PROBABILI & necessaria caussa abest. Et quidem si fuit legitime defensus restituitur ad appellandum tantum. Si vero non fuerit legitime defensus vel nullo modo, restituitur ad totam caussam ex intego agendam. ff. de integ. resti. l. fi. & ex quib. causs. ma. l. 1. & leg. ab hostibus.

Si ex PROBABILI tantum, & si fuerit

legitime defensus, in nullo restituitur, si minus legitime vel nullo modo, potest appellare sine cõmuni iure, ff. ex quibus. cau. ma. l. nec non. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. ff. quando appell. sit l. 1. para. 1.

Si ex NECESSARIA tantum, & idem ius obseruatur quod est in probabili tantum, ff. ex quib. cau. l. Sed & si, para. fi. & ff. de mino. l. Papinianus

Et intellige hos duos casus, quando non potuit procuratorem relinquere, vel si quem reliquit, mortuus est

Si autem potuit procuratorem relinquere, & non fecit, secus est, vt in d. l. Papinianus

Si ex VOLVNTARIA tantum, in nullis restituitur, ff. de re. indi. l. de vnoquoq;

¶ Si ex CONTVMACIA absit, si quidẽ ficte, auditur appellans: si vere, minime auditur, vt supra dictum est de contumacia

¶ Restitutionum alia est ex

Misericordia sola, quã ratione peractæ pœnitentiæ misericorditer petit suspensus vel damnatus, abeo qui suspendit vel damnauit, vel eius superiore. so. distinct. c. contumaces & c. ponderet, extrauag. de iudi. c. atsi clerici. para. de adulteriis.

¶ Alia ex

Debita iustitia, qua dantur illa, quæ minori XXV. an. vel etiam maiori ex iusta vel probabili causa absenti, vel ecclesiæ vel reip. læsis conceduntur aduersus cõtractus vel quasi, & aduersus sententias vel iudiciorum processus, & aduersus delictum vel quasi, in quo soli minori quandoq; subuenitur

¶ Quando

¶Quando restitutio petenda.

In omnibus supradictis, tum demum danda est restitutio, cum probata est læsio, ext. eo. c. cum venissent. paragr. nos igitur, vel noua defensio, vt ex. eo. c. fi. Vide Specu.

Præterea sciendum, quod qñ restitutio in integrum petitur incidenter, non est libellus necessarius: si vero principaliter petatur, opus est libello, & litis contest. & sententia, ext. de off. iud. c 2. Vide Speculatorem.

¶Qualiter in integrum restitutio petatur.

Regulare est, quod læsus ipse vel procurator, habens ad hoc speciale mandatum petere potest restitutionem. Non enim sufficit generale mandatum in procuratore.

Et petere debet apud suum iudicem, præsente eo contra quem petitur, vel per contumaciam absente ff. de mino. l. in causæ. para. causa & letiam. para. fi. extr. de in integ. rest. c. cum ex literis in fi.

Et cum petitur danda est dilatio, modo petatur. c. de dilatio. l. fi. ext. de dilatio. per to. Vide di. apud Speculatorem.

¶Intra quod tempus restitutio petenda sit.

MINOR XXV. an. potest petere restitutiõem toto tempore minoris ætatis, & etiam post annos XXV. intra annum vtilem secundum antiqua iura. Sed vsq; ad quadriẽniũ a prima die XXVI. anni continue numerãdo vsq; ad finẽ XXIX. an. C. de tempo. in integ. restitu. l. fi. Vide Speculato.

ECCLESIA secundum aliquos sine tpis præfinitione petere potest. Sed si hoc verum esset, tolleretur præscriptio contra ecclesiam, vt nulla curreret. Vide hic Specu.

MAIOR XXV. an. vel est læsus in sua præsentia: & est iusta de caussa restituendus. Computabitur quadriennium a die læsionis.

Vel est læsus in sua absentia, & computabitur ei tempus a die reuersionis. Vide Specu.

¶Quis possit in integrum restituere.

Regulariter oīs Iudex tam ordinarius quā delegatus, siue sit delegatus a principe, siue ab alio ordinario administrationem habente, siue petatur principaliter, siue incidenter, restituere potest

Delegatus vero ab eo, qui non habet propriā iurisdictionē, non potest nec; cognoscere nec; restituere, nec etiam arbiter compromissarius, nisi incidenter esse. Vide Specu.

¶De effectu restitutionis in integrum.

Postulata, & obtenta in integrum restitutiōe, omnia sunt in eo statu, in quo erant priusquā postularetur, seu cum postulari cœpit.

Nec enim res super qua postulatur, alienari debet, nec sententia executioni mandari, nec aliquid fieri in præiudicium postulantis: donec restitutio fuerit expedita, C. de in integ. resti. postu. ne quid, no. fi. l. vnica. Vide Specu.

¶De supplicatione.

Quia

QVia præter appellationem & in integrũ resti. de quib. iam dictum est, & aliud est remedium quo sentẽtia etiam valida sub leuatur, & annullatur, nempe supplicationis beneficium. Ideo de eo nunc recto ordine tractandum videtur.

¶Ordo dicendorum.

1 Quid sit supplicatio.
2 A quibus supplicari possit.
3 Quando & ex quibus caussis.
4 Quæ sit differentia inter supplicationem & appellationem.
5 Quis effectus supplicationis.

¶Quid supplicatio.

Supplicatio est benignitatis quædam ipsius superioris imploratio.

¶A quibus supplicari possit.

Explorati iuris est, ab imperatoris, vel summi pontificis, vel præfecti prętoris sententia posse supplicari, C. de senten. præfect. præto. l. vnica, ff. de mino. l. præfecti, ex. de in integ. rest. c. ex literis, & c. sequen. & de re. iudi. c. cum caussa: a quibus appellare non licet, vt sup. ostendimus.

Nec mirum, quod ab illis supplicatur, a quibus appellari non potest: quia supplicatio nihil aliud est, quam veniæ proprij erroris petitio, vel ipsius superioris benignitatis imploratio, vt supra dictum, vel allegatio aduersarij circumuentionis d. l. præfecti ff. de mino. Vide Specu.

Et solus princeps vel eius delegatus vel præfectus debet caussam supplicationis examinare & diffinire.

¶Quando supplicare liceat.

Regulariter intra decem dies a sententiæ promulgatæ tempore, a præfecto prætorio supplicatur. Quod si factum non fuerit, potest intra biennium ipsi principi supplicari. Quod biennium computatur, ex quo imperator successit in cognitione præfecti, C. de senten. præ. præ. l. vnica

Sed quod dictum est a sententia præfecti prætorij supplicari posse, verū est, cum in caussa principali pronuntiauit, secus si in caussa appellationis, C. de precib. imperato. offe. l. Si quis.

¶Ex quibus caussis.

MALAE ordinationis, vtpote, si quis male & inique & contra ius ordinatus est, vt. 1 q 6. c. præsentium in Authen. quomodo. opor. episc. parag. pri. col. 1.

VENIAE & remissionis criminis pœnæque pro crimine infligendę, C. de precib. imperato. off. l. rescripta.

DILATORIAE exceptionis impetrandæ, non autem peremptoriæ, C. de precib. imper. off. l. quotiens, ex. de dolo. & contu. c. 1.

A SENTENEIA semel tm̃ supplicatur. Et si semel denegetur, postea non cõceditur, C. de precibus imper. offe. l. Si quis in Authen. vt nul. iudi. para. Et hoc vero iubemus.

PRAESIDIS officio durãte, subditi eius supplicare possunt imperatori vt rapinam vel aliud crimen puniat. In Authen. vt iudi. sine quoq; suff. para. Si quis autem.

Et generaliter hæc supplicatio continere debet, quod petenti prosit, & alijs non obsit, d. l. rescripta, C. de precib. impe. off.

¶Quæ

¶Quæ sit differentia inter suppli cationem & appellationem.

Quod appellatur intra decem dies, supplicatur vsq; ad biennium.

Quod seruus potest pro domino supplicare, non autem appellare, ff. de appel. l. Serui. C. de precib. impe. off. l. 1.

Omnes liberi possunt supplicare & pro se & pro alijs, serui vero nō nisi pro se & domino. d. l. 1.

Pendente appellatione nihil est innouandum, vt sup. dictum est. Sed supplicatione pendente mā datur executioni sententia, si tamē victor satis derit de restituendo omnia, si sententia fuerit iuste resoluta, C. de precib. imperato. offe. Authen. quæ supplicatio.

Ante sententiam non licet simpliciter supplicare, C. vt lit. penden. l. 2. Sed appellare licet, quan documq; grauamen offertur, ex. de appel. c. vt de bitus.

Supplicatio protenditur ad noua & vetera, appellatio autem solum ad ea super quibus interponitur, ff. de mino. l. præfecti ex. de in integ. resti. c. suscitata & c. ex literis.

Semel tantum supplicatur, sed bis potest appellari, vt sup. dictum est.

In appellatione nulla cautio præstatur, sed in supplicatione quandoq;, vt sup.

Solus princeps vel prętectus prętorio, vt sup. concedere potest supplicationem. Sed appellationem quicumq; Iudex.

¶Quis sit effectus suppli cationis.

Effectus

Effectus supplicationis is est, quod si princeps rescribat ad supplicationem, obtinet vicem litis contestationis, quantam ad hoc, vt perpetuetur ad 30. annos, & secundum quosdam ad 40. C. de anno.excep.leg.i.& transeat ad hæredes, C.quando libel.prin.da.lit.contest.fa.l.i.ff.de actio.& oblig.l.constitutionibus.

¶De expensis.

QVONIAM in sententijs solet fieri condēnatio expensarū: igitur de his hoc ordine dicemus, nempe primo de expensis extra iudicium, & deinde de expensis in iudicio.

Necessariæ sunt, quæ si factæ non essent, res esset omnino peritura, & deterior futura.

Vtiles, & rem faciunt meliorem, & deteriorem esse non sinunt.

Voluntariæ, quæ rem exornant, vt sunt picturæ, incrustationes, siue emblemata, vel vermiculatæ, siue mustata, vel segmentata, tessellata.

De his omnibus vide extra. de decimis c. pastoralis & ff.de verb.sig.le.impensæ, quam vide, & ff.de impen.in reb.dot.fact.l.i.: & 3 & l.veluti & l.voluntariæ & l.vtilium et & l.pro voluntarijs, & l.impensæ.

Volunt autem quidam dare differentiam inter expensas & impensas. Illas enim dicunt sumptus voluptarios & non necessarios, dictas quasi extra pensa & debitum. Has autem vtiles & necessarios sumptus ab impendo dictas.

Sed hæc differentia sæpe confunditur, vt in le. Iulianus ff. de mino. in fin. vbi impensæ pro impensis & contra, ff.de verb.signif. lege impensæ. Vide.

¶Ex

¶Expensarum aliæ sunt circa fructus.

Percipiendos, vt quæ fiunt in arando & seminando.

Colligendos, vt quæ fiunt in metendo & triturando.

Conseruandos, vt quæ fiunt in horreis paran dis ff.impen.in reb.dot.fac.l. 3. Expensæ igitur q̃ fiunt ratione fructuum,quocunq; trium prædicto rũ modorum deducuntur, a quolibet possessore si ue possideat bona fide, siue mala. extra.de eo qui mit.in poss.cau.rei seruan.c.pe.in fi.ff.de peti.hæ re.l.Si a domino vel patre,para.fi.Vide &l.Pla ne in fi.C.de fruct.&lit.expen.l.i.Nec vllus casus interuenire potest(vt dicit Spec.)qui hoc genus de ductionis impedire possit ff.familiæ,hercis.l.fun dus qui.Respon.i.in fi.&ff.Solut.matri.l.fructus, Quia non censetur fructus nisi quod supereſt dedu ctis expensis d.l.fructus C. de fruct.& lit.expens. ff.mandati leg. Idemq;,para.Idem labeo. Insuper etiam si excedant fructus,adhuc dicit Spec. in in bonæ fidei possessione horum rationem habendam,secus in malæ fidei poss.ff.de petit.hæred.le. Quod si sumptus.

¶Aliæ circa rem principalem.

ET fiunt vel de nouo faciendo. Et iterum distingue, quia de nouo ædificans aut est possessor bonæ fidei, & durauit semper bona fides. Quo casu si possedit rem, consulitur ei de sumptibus per doli exceptionem vtendo retentione non auxilio actionis,ff.de dol.excep.l.Paulus. Quod verum est vbi fructus percepti æquantur expensis in re

In re factis, quo casu fructus computantur cũ sumptibus, ff. de rei vendi, l. Sumptus, & ex. de reb. ec clesiæ non alie. c. ad nostram in fi.

Aut malæ fidei, & semper durauit mala fides: quo casu de nouo ædificando in area aliena non subuenitur super sumptibus, nec iure actionis, nec officio iudicis, nec ope exceptionis: quia ædificando donare videtur. Insti. de re. diui. paragr. cum in suo solo. Et ibi vide bonam gloss. in verbo ædificauerat.

¶ Vel de reficiendo. Et rursum distingue, nam reficiens aut est possessor bonæ quidem fidei. Sed non durauit bona fides: & eligitur via media, vt pro sumptibus factis dum erat bonæ fidei, habeat retentionem. Ex quo vero malæ fidei factus est, conceditur abrasio absq; læsione prioris status C. de rei vendi. l. domum

Aut bonæ fidei, & tunc impensas necessarias & vtiles sibi reseruat, pro doli exceptione vtendo retentione. Voluptarias vero non potest abradere, seu tollere & exportare sine læsione prioris status, ff. de rei vendi. l. Sin autem paragr. in re. C. eo. l. Si quis, & l. Si in area, Inst. de re. di. parag. certe. & ibi vide gloss. Verũ si dominus rei refundere æstimationem velit, non haberet abrasio locum, ff. de rei vẽdi. l. in fundo, & l. nisi, ff. de pigno. acti. l. Si scimus ff. de expen. in rebus dot. fac. leg. Si pro voluptarijs & l. Sequenti.

Aut malæ fidei. Et si quidem fecit vtiles, permittitur abradere sine læsione prioris status, nisi dominus abradendæ æstimatiõem refundere velit, vt sup. Et si necessarias sibi reseruantur officio iudicis per retentionem. Voluptarias vero nullo modo

modo consequi potest, & pro eis nullum habet auxilium in prædict. l. Comum C. de rei vendi. Et hæc vera sunt in rei vendicatione. In petitione vero hæred. si est bonæfidei possessor, seruat omnes impensas, siue sint necessariæ, siue vtiles, siue voluptariæ, ff. de petiti. hæred. l. Plane, & leg. Sed et si lege, paragra. consuluit. Quia non tenetur nisi in eo, in quo factus est locupletior d. paragra, consuluit. Si vero malæfidei possessor, vtiles & necessarias seruat re existente seu meliore facta, in qua factæ sunt, & hoc iudicis officio. Voluptarias quoq; per abrasionem d. para. plane. Et habent prædicta locum in expensis proprio nomine factis. Si vero alieno, locum habet actio. neg. gesto. Vide Speculatorem.

¶Notatio.

Nota, quod expensæ quæ fiunt extra iudicium, de quibus hactenus, peti debent nominatim in libello secundum iam declarata, nisi is qui eas fecit beneficio retentiõis sibi valeat prouidere, ff. commo. l. in reb. paragra. possunt ff. de pig. acti. l. Si necessarias. Vide latius Speculatorem.

¶De expensis iudiciarijs.

SEquitur nunc de expensis in iudicio, in quibus explicandis hunc ordinem seruabimus.

¶Ordo dicendorum.

1 De expensis, quæ fiunt ante lit. contest.
2 De expensis, quæ fiunt post lit. contest.
3 De expensis quæ fiunt in cau. appella.

4 Qua

4 Qualiter & quando ſit expenſarũ condemnatio facienda.

¶De expenſis quæ fiunt ante lit. conteſt. duplex opinio.

¶Prior, quod peti poſſint indicis officio. Nam expenſæ ſunt ſequela principalis actionis. Quare ſicut iudex ex officio ſuo pronuntiat in conſequentijs ipſius cauſſæ: eodem modo & in expẽſis, arg. ff. de re. iud. l. Paulus, extra. de off. deleg. c. Prudentiam, in fin. Nam ſicut officium iudicis deſeruit ante lit. conteſt. in citationibus & interrogationibus: ita & in expenſis extra de off. iud. c. 2. Præterea iudex citatum ante lit. conteſt. ſi non cõparuerit, punire debet officio ſuo, ff. Si quis in ius vo. non. l. 2 para. 1. pari quoq; ratione puniet in expenſis. Nã non prius pandi ei debet iudiciorũ aditus, quam expenſæ fuerint reſarcitæ, C. de iud. le. Sancimus, quæ tamen loquitur indiſtincte ante et poſt lit. conteſt. Verũ Speculator. certis rationibus motus, dicit quod ſolum ob contumaciam euidentem poſſint ante lit. conteſt. expenſæ peti & alias non, & probatur c. cæterum, extra. de reſcri. & ca. auditis & ca. conſtitutis, extra. de procurator. vide. In quibus condemnatur abſens ante litis conteſtation. in expenſis & de dol. & contu. c. cum dilecti, in fin.

¶Altera indiſtincte, quod iure actionis petendæ ſint in libello nominatim, arg. de iud. l. non poteſt videri. Sed vide latius Spec. Hoc tantum interim certum eſt, quod expenſæ quę fiunt propter cõtumaciam partis ante lit. conteſt. vel poſt uſq; ad ſententiam indiſtincte præſtantur, qualẽcunq; cauſſam habuerit is cui præſtantur, extra. de dol. & cõtu. c.

tu.c.cum dilecti.& c.seq. Vide Spe.& iura per eũ allegata.

¶Casus in quibus ante lit.contest. fit condemnatio in expensis.

1 Si quis aduersarium malitiose laborare cogit,per literas dolo vel fraude contra alium impetratas,extra.de rescript.cap.cæterum,& ca.quia nonnulli.

2 Cum passus missionem vult rem recuperare & in caussa procedere. Debet enim prius satisfadare de expensis,extra.vt lit,non contest.c.qm̃ para.In aliis,& de sequest.c.1.

3 Opponens crimen & non probans,ca.accedens,extra.de accus.

4 Is qui in forma electionis vel postulationis vel prouisionis aliquid opponit, & non probat, extra.de electione.c.Statuimus, para.adijcimus, li.6.Sed hoc etiam post lit.contest.

5 Si appellans appellationem non sufficiẽter prosequatur appellato prosequente,ext.de rescri. c.ex parte.De renuntia.c.veniens.De appel.c.reprehensibilis,& tenetur tunc ad expensas a tempore appellationis factas. Vide Spe.

6 Si is qui iniuste appellauit,remittitur condẽnatus in expẽsis ad priorem iudicem,ex. de appel. c.vt debitus,in fi.et de eo qui mit.poss.cau.rei ser. c.cum venissent.

7 Is qui appellat contra formã illius constituti onis Cord. de appel. li.6, vel facit in aliquo cõtra eam,remittitur ad primũ iudicẽ in expensis condẽnandus,d,c.cordi.para.quod si Spe.

8 Si appellans petat remitti ad eũ a quo appellauit,q̃d põt,ex.de appel.c.interposita.para.ille.

9 In certis casibus positis, ex. de reseri. c. fi. in q. bus inique impetrans punitur. Vide Specul.

10 Condemnatur in expensis citatus contumaciter absens, & si non sit missio in poss. secuta extra. de mato. & ob c. f. & de procurat. c. querelam C. de iud. l. Sancimus. De dol. & contu. c. cum dilecti.

11 Reuocans mandatum procuratoris in contemptum iudicis, & partis præiudicium, extra. de procura. c. auditis.

12 Reus exceptionē gratia differendæ litis, fundata intentione actoris, opponēs punitur in expensis factis a tpe propositæ exceptionis, si deficiat in probando, ex. de dol. & contu. c. finem.

13 Reus recedens a iudicio dimisso procutatore, solummō ad agendum contumax est. & punit in expensis, ex. de procura. c. constitutis. Vide.

14 Reus conuentus asserens se spoliatum, nisi id intra. 15. dies probet, ext. de rest. spo. c. frequens, libr. 6.

15 Opponens exceptionē excoīcationis, in qua cunq; parte litis & eā intra spaciū. 7 dierum non probās punitur, ex. de exceptio. c. li. 6.

16 Iudex excommunicans contra formam illius constitutionis Medicinalis extra. de senten. excommuni lib. 6. punitur in expensis. Vt ibi in patagra. Superior. Vide.

17 Iudex iniuste excommunicans tenetur excoī cato ad interesse c. Sacro approbāte de sen. excoī.

18 Reum trahens corā diuersis iudicibus super pluribus actiōibus psonalib. punit c. fi. ex. de resti.

19 Actor non veniēs ad terminū ad quē fecit citari reum, punitur in expensis, ex. de dol. et cōtu. 6. actor. lib. 6. quod vide, est n. notabile.

20 Quicunq; aliū in iudiciū temere vocat, punitur in expensis ff.de iud.l.eum quem temere.

21 Qui cœpto negotio vel q̄si, rescriptū impetrat, per quod primum non reuocatur ex, de dol.et con.c.ex literis:

22 Plus petens re vel causſa extr. de plus petit. c.vnico.

23 Qui litem intra duos menses non contestatur, secundum Spe. Sed iuribus non probat.

24 Vbicunq; processus iudicis malitiose impeditur. C.de iudicijs..Sancimus.

25 Pars procurās iudicis absentiam, ex.de off. deleg.c.pastoralis, para.fi.

26 Vbicunq; literę per exceptionem legitimā reprobantur, ex: de rescrip.c.cæterum.

27 Appellās, q; quarta testiū productio denegetur, & non probans, extr.de test.c.Significauerunt.

28 Quancumq; exceptionem dilatoriam proponēs, & nō probās, ex.de exceptio.c.exceptionē.

29 Quicunq; alium malitiose fatigans, ext. de rescrip.c.dispendia, para.qui vero, lib.6.

30 Emendans libellum male conceptū, tenet parti in expensis, arg.l, vbi, para.is aūt, ff.de edē. & l.eum quem ff.de iud. Vide Spe.li.4.par.i. De libel.concep.para.nunc ostendamus.

His igitur et similibus casibus in iure expressis, cō demnatur q̄s, ante lit.contest. & etiā post, ante tī sententiam in xpensis, Vide latius Spe.li.2.par.4 tit.de expensis, quæ fiunt ante lit.contest.

¶De expensis quæ fiunt post lit.contest.

Expensæ ortæ post litis contest. iudicis officio petuntur.

Et est tō, quia post lit.contest.accidunt, ple-

rumq; & maxime ſpectant ad iudicis officium, ff. de edil. edict. leg. ædiles. para. Item ſciendum, verſ. Iudici enim.

Vide hic latius Spe. qui & hic dicit ſe audere conſulere. quod quando aliquis petit ſniam, vt de expenſis proteſtetur & eas petat.

Verū in fine litis victus victori regulariter in expenſis condemnari debet C. de iud. l. properandum para. ſinautem Inſt. de pœ. teme. liti. in prin. ex. de pœ. C. calumniam C. de epiſcopis & cle. Authen. Generaliter, & in Auth. de iud. & vt nullatenus para. oportet col. 6.

Quod autem dictum eſt, regulariter victum per ſententiam definitiuam deberi victori in expēſis condemnari, verū eſt, niſi in caſibus, q ſequūtur & alijs: quos vide apud Spe.

¶ Caſus, in quibus victor victori non condemnatur.

1 Si ſententia pro abſente feratur, C. de iud. le. properandum, para. ſi quid ver, Sin aūt ex geſtis.

2 Si iuſta cauſſa victum excuſet, puta quod habuerit probabilem cauſſam litigandi. arg. ex. de eo. qui mit. in poſſ. cau. rei. ſer. c. cum veniſſent. In Auth. De iud. para. oportet. col. 6.

3 Si reus habuit legitimā cauſſam abſentiæ d. l. Propandū par. Sinaūt alterutra in fi. Vide Spe.

¶ De expenſis in cauſſis appellationis factis.

Appellans in cauſſa appellationis ſuccūbens ſine diſtinctione, Iuſtam ne habuerit an iniuſtam appellandi cauſſam, ſiue appellatione ante ſententiam, ſiue poſt, ſemper condemnabitur in expenſis factis in cauſſa appellationis, a quæſti. c. omnino

nino extra. de appel. c. vt debitus, circa fi. & ca. re prehensibilis, & c. sæpe, C. de appel. leg. eos para. ne temere.

Intellige tamen veram regulam illam: Victo victori & c. non semper in caussa appellationis. Quandoquidē si Iudex videat victum errore probabili ductum, non debet eum facile condemnare, sed illum errorem in sua snia declarare C. de iud. Auth. Post iusiurandum. Nam cum & in caussa appellationis de calumnia iuretur ex. de test. ca. Rainaldus & c. Rainutius, non est præsumptio quod calumnietur contra salutem propriam.

Præterea non solum victus in caussa appellationis, debet condemnari in expensis, verūetiā appellans, qui nunquam cōparuit coram iudice appellationis, debet condēnari in sumptibus, ext. de appel. c. Sæpe vers. vnde licet, ex. de rescr. c. ex parte, in fi. etiam si appellatus non comparuit. Sed alias ad expensas appel. tenetur appellans non comparens actione de dol. si dolose appellauit, vel actione in factum, si temere appellauit. Vide fusius Speculatorem.

¶ Quando & qualiter expensarū condemnatio fit facienda.

Expensarū condemnationem præcedere debet iudicialis taxatio, & postea iuramenti interpositio a parte victrice. Vt si victor dicat ad inquisitionē iudicis se expendisse 30 et c. videtur verisimiliter solum 15 expēdisse. Taxabit ergo 15. Illo vero reclamante plus se expendisse, iubeat iudex interponi iuramentum, & iuxta sacramentum partis victricis tunc taxabit, ff. de in litem iuran. lege in actio. quam vide, & C. de iud. Authen. post iusiu-

randum In authen. de iud. para. oportet col. 6. ext. de procura. c. constitutis.

Quod autem iudicis taxatio præcedere debeat, prob. ex. de restitu. spol. c. 1. Sed si lib. 6. & c. 1. ex. de excepti lib. 6. in quibus dicitur taxatione præhabita. Et generaliter expēsæ, quæ fiunt in iudicio, & quæ iudicis officio veniunt. Item quæ veniunt extra iudicium, & q̄ veniunt iure actionis taxarum, debēt iudicijs officio le, Sancimus C. de Iudic.

Verum inspecta negotij qualitate & personarum conditione, iudex sumptus taxabit, ex. q̄ mer. cau. c. fi. Vide Spec.

Et propter iura præallegata plerīq; taxāt expensas, & super eis iusiurandum recipiunt, anteq̄ sententiam in caussa principali proferant.

Alij vero sententiam, super principali prius proferunt, & in fine sententiæ dicunt: Et eum in expensis legitimis condemnamus, earum taxatione nobis in posterum reseruata, & postea taxāt: quam consuetudinem credo frequentiorem.

¶ Præterea debent esse expēsæ iudiciales, vtiles & moderatæ, extra. de dol. & contum. c. finem & c. cum dilecti. in fi. Et debēt insuper esse expensæ quæ propter caussam sunt factæ. Sed hæc Spe. fusius tradit, quem vide.

¶ Quatuor genera expensarum.

1 Quæ fiunt in alendis testibus, & hæ fiunt a producēte eos, siue in ciuili siue in criminali caussa, C. de testib. l. quoniam.

2 Quæ fiunt in aduocatis & notarijs, & hæ fiunt a parte petente aduocatū vel faciēte aliqd in publicā

publicam formam redigi, C. de iudi. l. Sãcimus ff de variis & extraord. cog. l. 1. parag. in honorariis.

3 Quæ dantur iudici, vt in authẽ. de iudi. ne autem coll. 6.

4 Quæ dantur executoribus, & vocantur proprie sportulæ. C. de Sportul. l. 2. Vide Speculatorem.

¶ De fructuum restitutione.

QVia præter expensas, plerunq; & fructus rei petitæ, & interesse petũtur. Ideo de horum restitutione nunc tractabimus, idq; primo de fructibus, & deinde de interesse (vt vocant)

¶ Fructus qui dicantur.

Fructus dicuntur, qui supersunt deductis expensis factis gratia fructuum quærendorum, colligendorum, & conseruãdorum tam in bonæ fidei quam malæ fidei possessoribus, etiam in prælionibus ff. de petiti. hæredi. l. Si a domino, para. fructus, C. de fructi. & lit. expen. l. 1.

¶ Fructus naturales

Sunt, vt poma, ficus, cerasa. Et dicuntur naturales, quod ab ipsa natura prouenianț sine magna industria hominis. Et hos nullus possessor etiam bonæ fidei suos facit l. fructus ff. de vsurpat. Sed tamen distinguendum censeo, vt sequitur.

Vel enim extant, & tunc per rei vendic. petũtur, sicut res ipsa: quia nullus etiam bonæ fidei possessor eos suos facit, vt iam dictum.

Vel non extant, & tunc non tenetur, cum nec habeat, nec dolo fecit quo minus haberet: sed condictione sine caussa æstimatio debeť ff. Si cert. pet. l. Si & me.

¶ Fructus industriales

Sunt in quibus plus operatur industria quam natura, licet etiam natura cooperetur: vt segetes, & similes. De quibus sic distingue

Si a BONAE fidei possessore percepti sunt dic, quod quilibet bonæ fidei possessor cum titulo siue sine titulo suos facit, secundum omnes: qa percipiendo eos & separando a solo suos facit & lucratur, inst. de re, diui, Si quis a non domino. Et q̃d dicitur cum titulo, siue sine titulo, probatur, leg. Si vsufructuarius ff. quibus mo. vsufruc. amitt. & l. 4. para. post litem ff. fini. regun. Si autem non se parauit, adhuc ipsius fundi sunt. ff. de rei vendi. l. fructus. Licet autem faciat suos, tamẽ si existant, tenetur reddere iudicis officijs non rei vẽdi. quia percipientis sunt insti. de offici, iudi. para. Et si in rẽ & c. de rei. vendic. l. certum. para. bonæ fidei. De consumptis autem nullo modo teneť, Inst. De off. iudi. para. Et si hæreditas, ver. Si vero bonæ fidei. Vide Speculatorem.

Si a MALAE fidei possessore percepti sunt, dic quod malæ fidei possessor, si quidem sine titulo, tenetur de consumptis condicti. sine caussa, & off. iudi. post litis contest. De extantibus rei vendicatione: non eadem qua tenetur ad rem principalem, sed alia, vt ff. de condict. ex leg. l. vnica. De percipiendis autem, quod verus possessor percipere potuisset, tenetur iudicis officio ff. de rei. vẽdi. l. Si nauis, insti. de off. iudi. para. & si hæreditas, ver.

Illorum

Illorum autem. De cõsumptis cum titulo tenetur de condict. sine caussa. De extantibus rei vendicatione. A percipiendis autem propter titulum excusatur. C. de rei vendi. l. Si fundum, nisi in casib. g sequuntur

1 Quando emit ab eo, quẽ scit vendere in fraudem creditoris, ff. de his quæ in frau. credit. l. ait p̃tor. para. per hanc

2 Quando emit ab eo, qui metu compulsus est ff. quod met. cau. para. Sed & pactus

3 Quando emit contra interdicta legum sciẽs, C. de agrico. & censu. l. quemadmodum in fi. lib. 11. In authen. de non alie. para. Si quis igitur emere coll. 2.

4 Si emit a fisco non solenniter vendẽte. C. de fid. instru. & iure hast. fisco. l. 1. lib. X.

¶ Fructus autem percepti dicunt, qui aliquo modo sunt a solo separati, & in horreis reconditi. Percipiendi vero dicunt, qui immaturi sunt, quos verus dominus, vt sup. possidet

¶ De interesse.

SEcundũ canones damna & interesse peti possunt, ex. de fideius. c. peruenit, &c. constitutus & de for. compet. c. dilecti.

Dicemus igitur hic obiter de his. Et primo qd sit interesse. Deinde quotuplex sit, ostendemus

¶ Quid sit interesse

Interesse, secundum Baldum in l. vnica, C. de sent. quæ pro. eo quod interest pro. est æstimatio alicuius vtilitatis, non habitæ propter alicuius factum iniustum, vel concessionem iniustam

Vel est æstimatio damni, quod aliter euenit, vel lucri quod cessat ex eo, quod aliquid tibi non

detur, vel fiat vt debet

Oritur itaq; dupliciter vel lucro cessante, vt cum quis impeditur a lucro quod feciſſet, ſi talis pecunia (ſic pone exempli gratia) ſibi reſtituta fuiſſet, vel non fuiſſet læſio talis illata, &cæ. Vel ex damno emergente

¶Conuentum intereſſe

Eſt, cum dicitur: Si non fecero quod promitto dabo tibi cẽtum pro intereſſe. Vel ſimpliciter: Dabo tibi centum

Et hoc ſemper præſtandum eſt, ſecundum qđ conueniat, niſi dolus interuenerit in ipſa conuentione. Iuxta illud: Pacta ſeruabo ff. de pact. l. iuriſgen. prætor. ex. de pact. c. 1.

¶Commune intereſſe

Eſt æſtimatio communis damni vel lucri, qđ euenit vel ceſſat, id eſt, eſt communis æſtimatio dãni, quod contingit alicui ex eo quod id q̃d dari, vel fieri debet non datur, vel non fit, vel non ſuo tempore, vel loco, vel alias vt debet datũ vel factum non eſt

Et in hoc communi intereſſe computãtur fructus rei debitæ, in qua ſit mora, & mercedes, & penſiones, & augmentum precij propter locum vel tempus, & ſimilia, vt ff. ad l. fal. l. precia ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruum ff. Si cert. pe. l. viuum

Vſuræ etiam in eo computantur ſecundum ll. ff. de peri. & con. rei. ven. l. fi. & C. de vſu. l. 1. Secundum canones tamẽ, cum omnino ſint prohibitæ, nullo modo computantur. Cum nullus ex pecunia ſit fructus 88. diſt. c. eijciens. Vide Speculatorem

¶Singu

¶Singulare interesse

Est æstimatio, quæ venit ex speciali affectu, sicut est in patre libero circa filium seruum: vel quę venit ex speciali vtilitate, vt est libro vsitato d. l. precia & d. l. Si seruum. Verbi gratia: Obligaui tibi codicem meum in quo studueram, & memoriam meam localem signaueram, taliter vt nisi illum intra tempus certum redimerem, liceret tibi distrahere: & sic distraxisti. Postea enim illum Codicē a priore emptore, q tandem nō vult illū mihi tradere. Certe non solū debet mihi cōdemnari ad commune precium codicis: sed etiā ad damnū qđ patior, quod illud non habeo ff. de actio. empti. et vend. l. 1. vbi tractatur de communi & singulari

Quod autem sit damnum illud, & quæ vtilitas esset, modo illum haberem, pendet ab arbitrio iudicis. Vide Speculatorem

Illud tamen interim nota, interesse quod surgit ex cōtractu, debet probari per testes, & sic per consequens, expensæ factæ extra iudicium debēt per testes probari, quæ vero in iudicio per sacramentū victoris. Interesse vero qđ ex delicto prouenit, vt ex dolo, rapina, per iuramentum passi dānum probabitur. C. vnde vi. l. Si quando

¶De salariorum solutione.

QVoniam plerunq; in fine Iudicij, vbi expēsæ, de quibus supra fit taxatio, etiam de personarum in iudicio interuenientiū, scilicet iudicis, aduocati, procuratoris, salarijs disceptatur: igitur restat, vt pauca de eis quoque dicamus, idq; sequenti ordine

¶Ordo

¶Ordo dicendorum.

1 De salarijs iudicum.
2 De salarijs procuratorũ & notariorum.
3 De salarijs aduocatorum.
4 De salarijs medicorum & aliorum.

¶De salarijs Iudicum

Iudicum alius est, Delegat⁹, alius Ordinarius DELEGATVS autem, vel a principe, vel ab ordinario delegatus est.

¶Si a principe, vel proficiscitur extra domicilium ad iudicandum. Et exigere potest a partibus expensas, quas fecit in victu: non tamen salarium ext. de vit. & ho. cle. c. cum ab omni. Quia nemo cogitur suis stipendijs militare, 27 q 1. c. Iam nunc in fi. ex. de præscrip. c, cum ex officij. Et munera non sumptus prohibentur. ff. de off. preſi. l. illicitos

Vel manet in domo sua, vel ciuitate. Et nihil prorsus suo nomine pro expẽsis, vel id genus alijs obtinebit, ne dum sumptus quærit prędo grassetur 23. q 1. c. militare, & d. c. cum ab omni. Sed secundum leges Pædaneus debet habere sportulas, sc, duos aureos in princ. & duos in fi. causſę, cum summa causſæ excedat centum aureos. Et Accursius extendit tam ad ordinarios iudices quam delegatos. In Authen. de iud. para. ne autem, col. 6. Vide latius Speculatorem.

¶Si ab Ordinario, vel ad vniuersitatem causſarum, & tunc idem dicendum quod in ordinario de quo inf. cum idem sit cõsistorium, ex. de appel. c. Romana in princ. lib. 6. imo ordinarius ei dabit expensas ex. de off. ord. c. int. cætera, & in Authen. vt nulli iudici, para. nulli. col. 9.

Vel ad specialem causſam: & si ordinarius ei malitioſe

malitioſe talem cauſſam committit, non poteſt petere tales expenſas, ex. de off. deleg. c. paſtoralis Si vero ſine fraude, volens parcere expenſis partium: tunc forte poſſet petere. Sicut & delegatus a principe, ne officium ſuum damno ſit. Vide Speculatorem.

¶ ORDINARIVS etiam expenſas quas fecit in victu & in profectione & ſimilibus, cum ad aliquem locum ſuæ Iuriſdictionis vadit, non habebit, d. c. cum ab omni, ne alienum iurgium putet ſuam prædam, C. ad l. Iuli. repe. l. omnes. Iuxta illud Lucæ. 3. Eſtote contenti ſtipendijs veſtris.

Poteſt tñ recipere a partibus, vt apparitorib. vel ſcriptorib. qui cauſſæ acta ſcribūt, ſatisfaciat Imo poteſt cogere partes, vt prædictis perſonis ſatisfaciāt in talibus, quæ olim Sportulę vocabātur

Secundum ll. tamen vt Accurſ. extr. Authen. de iud. para. nullo quoq; & para. ne autem coll. c. colligit, quatuor habet aureos duos in princ. & duos in fi. cauſſæ. vt ſup. idq; cum ſumma cauſſæ ſit maior c. aureis.

Clerici quoq; pręſtāt ſuis ordinarijs 4. ſiliquas C. de epiſ. & cleri. Authen.

Sed hodie nulla. Conſuetudo tamen vniuſcuiuſq; fori ſeruanda eſt.

¶ Arbiter vero ſecundum Martinum de fauo poteſt a compromittentibus ſalarium exigere. Et dicit de hoc videri caſum eſſe, C. de proxi. ſacro. ſcrip. l. in ſacris &. li. 12. & in l. vlti. circa. fi. C. de principi. in reb. agen. lib. 12. In quibus expreſſe dicitur, quod ſi cauſſa eſt coram arbitro, poteſt pro ſuo ſalario vnum ſolidum, id eſt, aureum exigere. Et pleraq; alia Martinus adducit: quę lōgum eſſet hic recenſere.

¶ De

¶De salarijs procuratorum, seu aliena negotia gerentium.

Regulare est, quod salarium seu merces incertæ pollicitationis peti non potest. C. modo d. l. Salarium. Retineri tamen potest solutum.

Pollicetur autem quis, cum nulla interrogatione præcedente salarium offert, his vel similibus verbis: Fideliter cura hæc mea negotia, liberaliter respondebo tuis laboribus, ff. de pollicita, l. pactum. Et ex huiusmodi pollicitis (vt in prouerbio est) quilibet diues esse potest. Vt autem hæc clariora reddantur, sic distingue.

¶Vel incertū re & genere est q̄d promittitur vt cum dixi, fideliter cura, liberaliter tibi respondebo. Et tunc peti non potest, d. l. Salarium, & l. qui mutuam, para. Salarium, ff. mandati.

¶Vel incertum re tantum genere tamen certum, puta promitto tibi asinum, vel librum in genere: nec dixi, quem asinum qualem librum. Et tunc non est penitus incerta promissio. Idecoq; peti potest, arg. C. mandati lib. 1. & agetur præscript. verb.

Verum taxabitur arbitrio boni viri, ff. de præscrip. verb. l. Si tibi polienda. Vide alia iura apud Speculatorem.

¶Vel certum & re & genere. Puta: Promitto tibi talem equum, vel talem vestem, vel quod te taliter in tali die faciam militem: & tātum pro militia tibi dabo. Et sic iterum distingue, quia aut hoc fuit deductum in stipulationē, vel non.

Si deductum in stipulationem, tunc certi condictiōe petitur quod promissum est, Insti. de verb. oblig.

oblig. in prin. ff. Si cer. pet. l. Si quis certum. Sed si incertum esset promissum, tunc peteretur per actionem ex stipulatu.

Si nõ fuit deductũ in stipulatiõem, q̃d certum est, sed solum nudo pacto promissum. Et tunc iterũ distingue. Nam aut promittitur in ipso contractu seu mandato, vel in continenti ante mandatum. Et iterum subdistingue, aut em̃ erat alias facturus aut nõ. Si alias facturus, tunc petitur ex contractu actione scilicet mandati contraria informata, C. mandati lib. 1. in fi. ff. eo. l. Salarium, C. de pactis l. petens. Tunc enim vestitur nudum pactum cohærentia contractus. C. de pact. l. in bonæ fidei. Si vero non erat alias facturus, & est tale factum quod consueuit locari ab ipso procuratore: tunc agitur locati, ff. manda. l. 1. Insti. eo. para. mandatũ. Aut non consueuit, & tunc est contractus innominatus & agitur actione præscrip. verb. l. naturalis. para. at cum de. Si autem ex interuallo, sc; postquam contrahentes se ad alia negotia diuertertũt, & erat alias facturus, tunc petitur promissum iudicis officio seu extraordinarie, ff. manda. l. Salarium.

¶Annotatio.

Aduertendum tantum hic notabiliter, q̃d procurator non potest de certa parte litis (quod tamẽ plerique impostores faciunt) puta media, vel tertia, vel quarta, vel alia quota pacisci. alioqui non valer. Imo punitur. ff. manda. l. Salarium, & l. Si remunerandi, para. Maurus Paulus, & C. de postula. l. quisquis, ff. de variis & extraordin. l. 1. parag. aduocatos. Vide hæc iura & Specu. qui de tabellionum inhumanitate optime differit.

Alia

¶Alia Annotatio.

Interim & illud nota, dominum teneri procuratori ad impensas moderatas in negotio vel iudicio factas, ex. de procurato. c. cum pro causſa &c. elect. & c. vt præteritæ.

¶De ſalario aduocatorum opiniones duæ.

¶Prior eſt quorundam, dicentium aduocatos & Iuriſperitos gratis debere præſtare ſuas operas, & minime conſilia, patrociniaq; vendere, arg. c. 1. 15 q 2. Nam ſi cauſſa eſt iniuſta, non debēt eam aſſumere defendendam, imo ſuſceptam deſerere debent, C. de iud. l. rem non nouam. Si vero iuſta ſit, gratis debent conſidere vel patrocinari Quia veritas cum non defenditur, opprimitur. 83. diſt. c. error. & dicunt inſuper, quod iura illa q̄ in contrarium adducuntur, ſc3 cum non licet. 11 q 3. c. & non ſane, 14 q 5. de quibus inf. loquantur ſecundum leges.

Sed talium rigor non probatur. Illud tamen interim certum eſt, quod aduocato nō licet paciſici de certa parte litis vt ſupr. de procuratore dictum eſt. Quod ſi fecerit interdici debet ei forus, C. de poſt. l. quiſq;. Vide Specu.

¶Secunda eſt communis & magis probata, quod liceat aduocato vendere patrocinium, & Iuriſperito iuſtum conſilium. 11 q 4. c. non licet, & 14 q 5. c. non ſane. Vbi clarus textus eſt & vtriuſq; cano. verba ſunt Auguſt. ad Macedonium & ff. de varijs & extraor. cog. l. 1. parag. In honorarijs. Vide.

Præterea poteſt operas ſuas locare, ff. loca. l

qu

qui operas, & pretium recipere pro labore c. eccle siasticis & c. charitatis, 12 q 2. Nam nemo cogitur de suo facere beneficium, 10 q 2. c. precarię, nec suis stipendijs militare, ex. de præscrip. c. cum ex offic.

Pauperum tamen ratio semper habenda est. Vide Specu. l. 1. par. 4. De sola. aduo.

¶ De salarijs Medicorum & aliorum.

Etsi medici non plures sint quam obstetrices C. communio de lega. l. si. para. 1. vers. Sin autem: operæpretium tamen erit de eorum solarijs obiter hic aliqua dicere. Nam & iura eorū mentionem faciunt, 14 q 5. c. non sane.

Omissis igitur partibus & muneribus medici & quo pacto se habere debeat erga infirmos, & in conferendis medicamentis, de salarijs eis debitis sic breuiter distingue.

¶ Medicus

Vel est a communitate salario prouisus ita, quod nihil debeat ab infirmis petere: & tunc nihil accipere neq; exigere debet, etiam si salarium nō sufficiat quod sibi imputet, cum ex conuentiōe pacta legem accipiant, quæ etiam seruanda sint, ex. de pact. c 1. Vbi tamē infirmi, sani & restituti fuerint, si voluerint illis aliquid offerre pro obsequijs admittitur, l. Archiatri, C. de profess. & medi. l. 10.

Vel non salario honoratus a communitate, nec per statutum limitatus: & potest exigere stipēdium moderatum. Nemo. n. cogitur de suo beneficium facere, 10 q 2. c. precarie. Et illud moderamen attenditur secundum qualitatem curationis & laborem & industriam medici & facultatem infirmi loci; consuetudinem.

Vel nullo quidem salario prouisus, sed tamē statuto ciuitatis vel communitatis aut domini, cautum est, ne plusquam. N. accipiat.

Et tunc supra accipere nō debet: nisi tale statutū esset contraria consuetudine abrogatum, c. fi. ex. de consuetudi.

Vel pactum iniit de certa mercede post curationem habenda. Et tale pactum infirmus seruabit, nisi reciderit in continenti, quia non videtur ægritudo recessisse quæ statim rediit. Quo casu tenetur medicus pro eodem salario illum curare.

Secus, si ex interuallo reciderit. Vide Speculatorem.

Qūo autem puniatur medicus pro admissa culpa erga infirmos, vel ex proposito vel ex imperitia. Vide insti. de l. Aquili. paragr. Præterea si medicus & ibi bonam glos. in verb. imperitia & l. Illicitas. para. Sicuti medico. ff. de off. præsi.

¶ De salariis aliorum quicumq; operas suas locant dic vt. ff. loca. l. Si vno. parag. Item tum.

¶ De pœna temere litigantium.

Quia temere litigantes ad interesse & expensas, de quibus supra, condemnari solent. Ideo nunc postremo loco de pœna temere litigantium videndum est.

De hac autem sic distingue.

1 Temere litigans quandoque fit per sententiã infamis, quandoque ipso iure: Puta in certis actionibus, quarum sunt octo. Nempe quatuor ex maleficijs, & quatuor ex contractibus, veluti, furti, vi bonorum rapt. iniuriarum. de dolo. Et hæ ex maleficijs sunt.

Porro ex contractibus sunt hæ: Tutelæ, mandati, depositi, directis non contrarijs actionibus, & pro socio, quæ ex vtraque parte directa est. Quibus octo directe infamantur damnati. Insti. de pœna. te. litigi. parag. ex quibusdam & 20 q 5. c. Si quis conuictus.

2 Quandoque, imo semper temere litiganti imponitur pœna pecuniaria, vtpote si filius vel libertus, sine venia Iudicis, parentes vel patronos in ius vocauerit, punitur in 50. aureis. Insti. de pœna tem. litig. in fi. Et si soluendo non sit, verberibus castigatur, ff. de in ius voc. l. pe. & fi. secunda quæst. prim. c. prohibentur, 4 q 3. c. Si testes vers. Item l. Iulia.

3 In quibusdam actionibus punitur pœna dupli, vt in actio. l. Aquil. lega. vi tetento. Insti. De pœ. te. litig. para. At aduersus.

4 Crescit aliquando pœna propter mendacium. Nam negans per mendacium se possidere, perdit possessionem, ff. de rei vendi. l. fi.

Similiter in noxali, si negat se possidere seruũ vel animal quod noxã dedit, perdit illud, secundum Spe. & Io. de deo.

Sed verius, vt vult Azo, perdit arbitrium deditionis noxæ: & est textus clarus in li. Si seruus depositus. para. si negauerit, ff. de noxal. Et quando quæ perdit condictionem indebiti, Insti. de oblig. quæ ex quasi con. nas. para. fi.

Præterea, qui temere propriam scripturã vel numerationem factam per mendacium negauerit, & postea conuincatur per testes, vel instrumenta, punitur in duplo. Si autem conuincatur per sacramentum ei delatum, punitur tantum in expensis. In Authen. de trien. & semis. paragr. stadium: vbi etiam de prædictis pœnis disponitur quare vide.

§ Periurium incurrit, de quo Inst. eo. para. ecce enim iusiurandum, & C. de iureiurand. prop. calum. l. 2. & Authen. ibi posita.

• In pœnam temeritatis incidit, nempe vt qui alium temere in ius vocat in lit. sumptibus punia tur, & in viaticis l. eum, quem, ff. de iud. ex. de pœnis. c. calumniam. C. de fruct. & lit. expen. l. 1. & 2.

Et in summa curiarum consuetudines respiciendæ sunt, modo laudabiles fuerint, c. cum venissent, ex. de eo qui mitt. in poss. causs. rei. seru. Plura si cupias. Spe. consule.

¶Ordo & processus in caussis criminalibus.

EXplicato ordine Iudiciario caussarum ciuilium, id est, qualiter in ciuilibus caussis sit procedendum, restat nunc ex ordine in præliminari nostra tabula præmisso, videre quo pacto criminalia iudicia expedienda sint, est enim publicæ vti

vtilitatis, ne maleficia maneant impunita, ex. de sen. excom. c. v. famæ, ff. ad l. Aquil. l. ita vulnera tus Rũ. 1. ff. de solu. l. Strichum. parag. 1. ff. de iudic. l. longius. para. 1. C. de potu. l. Si operis, ff. de pœ. l. capitalium, para. fomoso.

Quam autem necessaria sit in delinquentes ea iustitiæ pars, quæ vindicatio a philosophis appellatur, quam & animaduersionem dicere possumus, diuinus ille PLATO in libro de republica docet, cum dicit: Dare pœnas maximi mali euitatio est, facit enim alibi prudentiores & iustiores, & medicina quædam iniquitatis ipsum est iudicium. Illud vero nec deorum nec hominum vllus audebat dicere, vt ab eo qui iniuste ægerit, pœna non sit exigenda. Idem: Castigare noxiam oportet, nõ ob præteritũ delictum, cum id corrigi nequeat: Sed ne iterum peccet, tum ne ipsius exemplo cæteri quoq; peccent. Quod fit, si crimina nõ puniãtur. Facilitas. n. venię incentiuũ tribuit deliquendi, ex. de vit. ho. cle. c. vt clericor. Et si ea quę male vsurpantur, omittimus excessus viam alijs aperimus. 15 q. 9. c. loci, parag. proinde Punienda erga sunt maleficia, vt & vnius pœna metus sit multorum, ad l. Iul. repet. l. 1. Et quos ad vita decora domesticæ laudis exempla non reuocant, correctionis saltem medicina compellat. C. de mund. propin. l. vnica. Pythagoras dicere solebat: Qui non plectunt malos, volunt bonis iniuriam inferri.

Seneca idem imitatus ait: Qui parcit malis probis nocet.

Sed quorsum tam multa de malefactorum pœna? Nempe, vt cognoscas hanc iudiciarij fore partem summe necessariam esse.

Ad cuius rei notitiam sciendum, de criminib⁹ quinq⁹ modis agi, de quibus hic per ordinem dicere decreuimus.

¶De criminibus quinq⁹ modis agitur.

Per accusatiõem, & hoc vniuersale est. C. de de fal. leg. cum supposiți, C. ad leg. fla. de plag. leg. 3.

Denuntiationem de accus. l. ea quidem.

Inquisitionem, ff. de off. præfect. l. congruit.

Excipiendo, ex. de ord. cog. c. 2.

Extraordinarie, vt in notorijs, extra. de accu. c. Super his, &c. qualiter, para. ad corrigendos, & c. audientia & de Simo. c. licet Heli. Quibus expeditis ad rei consumationem & de abolitione & purgatione aliquid dicemus, vt sup. in tabula pr̃liminari præmisimus.

¶Regula.

Ex crimine tum demum ad accusationem peruenitur, cum illud in actum procedit: alioqui cogitationis pœnam nemo meretur neq⁹ patitur, si eius terminis contenta est ipsa cogitatio. De pœ ni. dist. 1 c. vulgaris, & c. cogitationis, & ff. eo. leg. cogitationis, & eadem dist. c. non dicam rapere, & C. de epis. & cle. l. Si quis non dicam rapere extra homic. c. pro humani lib. i. Accusatio igitur actum desiderat, sicut & lex Aquil. damnum ff. ad leg. Aquil. leg. prima, & leg. Si seruum. ex quo actio ipsa oriatur, ff. quod met. causs. leg. Sed & pactus. Sicut & contractus bonæ fidei desiderat moram, quæ est caussa quare agitur ex contractu, C. de in

de in integrum restitutione, lege in minorum persona.

¶De accusatione.

EST autem accusatio siue accusare, (quod idem est secundum Azo in sum. eo. titul. in prin.) aliquem in libello reum criminis deferre, vel facere ad vindictam. Vide Hostien. in summa eo. ti. in pri. De accusatione tractaturi hoc ordine procedemus.

¶Ordo dicendorum.

1 Qualiter in accusatione procedatur.
2 Super quibus criminibus fiat accusatio & de pœnis accusatorum.
3 Qui ad excusationem criminũ admittatur.
4 Coram quibus est accusatio facienda.
5 Quid iuris sit de contumacia accusatorum.
6 De contumacia accusati.

¶Qualiter in accusatione procedatur.

In accusatione fere eadẽ seruanda sunt, q̃ etiam in ciuili actione. Nam libellus in vtroque datur, & si nonnihil discriminis habeant libellorum conceptiones, vt pulchre Spe. docet lib. 3. par. 1. tit. de accusat.

VOLENS igitur alium accusare criminaliter, videat vtrum habeat suas probationes paratas, quæ in talibus plenæ & clarissimæ requirũtur, C. de edẽ. l. is apud quẽ: & c. Sciãt, 2. q. 7. Accusaturus ergo cũ discrimie procedat, qa crimẽ vel

est publicum vel priuatum.

SI PVBLICVM, tunc sciat qua lege debeat deferre. Nam hoc facit lex in criminalibus, quod actio in ciuilibus ff. de accus. l. libellorum. & q7 c. perscripta paragra. libellorum.

SI PRIVATVM, vel habet nomen certum, vel incertum. Si certum, accuset de illo crimine. ff. de prin. delict. l. i. in fi.

SI INCERTVM & non propriũ, accuset criminis stellionatus ff. de crim. stellio. l. 3. Accuset etiã si potest, lege municipale, si ibi sit certa pœna statuta. Vide Speculatorem.

HIS CONSIDERATIS, accusator accedat Iudicem & accuset eo quo deliberauit crimine, et inscribet se obligabitque accusationem se prosequuturum atq; alia facturum, quæ in accusatione requiruntur.

Et postea iudex iubebit accusatum citari vel exhiberi. Et sine iudicis iussu nullus est citandus, C. de exhibend. reis l. nullus & l. neminem, C. qui sa. non poss. qui crimen.

Sed hoc fallit in casibus, qui sequuntur.

¶ Qui absq; iudicis authoritate citari exhiberiq; possint inuiti.

Falsarius monetæ, C. de fal. mo. l. i.

Desertor militiæ.

Latro publicus.

Agrorum depopulator.

Virginum raptor.

Nam istos licet occidere, si non possumus eos vinctos adducere, C. qñ lic. vnicuiq; sine iud. leg. l & 2. C. de rapt. vng. l. vnica. Vide Specu.

Fur secundum aliquos potest viuus præsentari, etl-

ri, etiam inuitus iudici. sed non licet eum occidere, vt prædictos, nisi in casib. vt. ff. de fur. l. interdum, para. qui furem ff. ad. l. Aquil. Iraq; para. fi. & le. Sed & si quicunq;, ff. ad l. Cor. de sica. l. qui furem ex. de homic. c. Si perfodies.

Debitor ex maleficio fugiens secundum quos dã. Nã possũ eũ victũ adducere nõ occidere, ff. de his quæ in frau. cred. l. ait prætor para. Si debitorẽ, & in Authen. vt Iudic. sine quoque suffra. parag. necessitatis.

Homo meus fugiens, quia licet sit in fuga, tamen eius dominium retineo & possessionem, ff. de vsura, l. non solum, l. 3. para. de illo, C. de his q ad eccles. fug. l Si seruus & de episcop. & cle. l. Si quis curialis. Vide Spec.

Sunt & alij casus, in quibus sine authoritate iudicis quis alij ius dicere potest, quos supra de actore narrauimus. Porro formulas libellorum in actione criminali, vide apud Speculatorem lib. 2. parte 1. tit. de accu. para. qualiter autem

¶Annotatio

1 Accusatus de graui scelere incarceratẽ, vt custodiatur, non vt ligetur C. de exhib. reis. l. 2. Vide Speculatorem, quomodo procedatur ad vlteriora Consuetudo locorum maxime obseruãda est in hiscę & similibus

2 Crimen, est peccatum accusatione & dãnatione dignissimum, 31. dist. 4. c. plus. Vbi nota, propter quæ crimina quis sit deponendus

Accusatio factum requirit, vt supra dictum Similiter & accusatorem, sine quo nemo damnatur, siue crimen sit publicum, siue priuatum, C. de accus. l. fi. ff. de pri. delict. l. fi. Vide Speculatorem,

4 In criminalibus ordo iudiciarius est obseruã dus, extra. de simo. c. dilectus ibi postquam crimẽ Videlicet vt accusator sit legitimus. extra. de accus. c. 12 q 7 c. clericus. Et iudex idoneus. 11 quæ. 1 c. vbi & c. experientiæ, & c. cum sit, extra. de for. cõpe. Item quod accusatio sit legitima, 2 quæst. 7 ca. Si quis episcopo. Item, vt fiat in scriptis, vt trina citatio vel vna peremptoria præcedat, vt dentur inducíæ, vt alius sit accusator, alius testis, vt clarius inf. ostẽdemus quæ possint excipi contra accusatorem. Hoc tamen sciendum, quod sæpe præter præmissum ordinem & solennitatem custodes iurati ex officio denuntiant & eorum denuntiationi creditur, C. de accus. l. ea. Et de hoc variæ sunt locorum consuetudines. Vide Speculator.

¶ Super quibus criminibus fiat accusatio.

ACCVSATIO non procedit, nisi in crimine publico vel priuato. Et quandoque agitur criminaliter ad pœnam corporalem, quandoque ad pecuniariam infligendam. Pro cuius clariore intellectu duas criminum diuisiones faciemus.

¶ Prima diuisio.

¶ Crimum alia sunt publica & ordinaria, vt crimen læsæ maiestatis, hæresis, simoniæ, adulterij, homicidij, falsi. Et dicuntur publica, quod eorum executiones, siue denuntiationes, siue accusationes, cuilibet de populo competant. Inst. de pub. iudi. para. 1. vers. publica autem ff. eo. le. 1. Qm ad

publi.

publicam vtilitatem ſpectat, ne crimina maneãt impunita. Et dicuntur ordinaria, quia certa pœna in eis ſtatuitur, quam ordinariam non licet iudici minuere, quia facti quædã quæſtio eſt. ff. ad Turpil. l. 1. para. 2. niſi forte cauſſa cognita, quia tunc poteſt augere vel minuere. Augere, quãdo multis graſſantibus op⁹ eſt exẽplo, vt vnius pœna metus ſit multorꝫ, C. Ad l. Iul. Repet. l. 1. Minuit, cũ pſona delinquẽs honeſta ẽ, & nõ deliqt niſi ſemel, C. de his, qui no. infa. l. quid ergo, para. ſpœna grauior, ff. de pœ. l. in ſeruorum, para. fi. & l. reſpiciendum. Vide Speculatorem

¶ Alia publica & extraordinaria, vt l. Iul. repe. & in l. Iuli. de plag. & huiuſmodi, de quib. habetur ff. de publi. iud. l. 1. & ff. ad l. Iul. repe. l. Lex Iulia. parag. hodie, ff. Ad leg. fla. de plag. l. finali. ¶ Ideo dicuntur extraordinaria, quia non eſt eis certa pœna ſtatuta, ſed arbitrio imponitur iudicantis & hoc ſecundum delicti & perſonæ qualitatem, ex. de accuſa. c. Super his. De off. deleg. c. de cauſſis, ff. de effract. & expil. l. 1.

¶ Alia priuata, quibus priuatim ad intereſſe noſtrum agimus, nobiſque aliquid dari aut applicari debere pro delicto in nos commiſſo petimus, id eſt, pecuniariter pro illis agimus

Vel dicuntur priuata, quod eorum executiones & denuntiationes ſiue accuſationes, ad illos tãtum pertinent, quibus infertur, vt furtum, iniuria, damnum, crimen abigeatus &c. ff. de priuat. del. l. fi. ff. de fur. l. fi.

¶ Secunda diuiſio.

Capi-

¶Criminum alia sunt capitalia, vt sunt ea ob quæ pœna sanguinis infligitur.

¶Alia non capitalia, vt quæ pœna pecuniaria plectuntur, ff. de pub. iud. l. 2. De iure autem canonum non imponuntur pœnæ capitales, seu corporales, ext. de iud. c. cum non ab homine licet sit, arg. contra extra. de maio. & obed. c 2. & qui filij sint legit. c. per venerabilem. 2 q 7 c. sicuti. para. qa ergo & 5 q. 5 c. delatori. Sed degradatio, depositio seu suspensio, excommunicatio & huiusmodi vt & ibi & 24 q 3 c. corripiantur, & 11 q 3 c. nemo & c. rursus.

¶Octo genera pœnarum legalium.

1 Damnum siue mulcta
2 Vincula siue carcer.
3 Verbera.
4 Talio.
5 Ignominia seu infamia seu capi. dimi. media vel maxima.
6 Exilium quod vel est.

Deportatio. i. perpetuum exilium, vel relegatio. i. temperarium exiliū. Et successit deportatio ignis & aquæ interdictioni.

7 Seruitus.
8 Mors seu capitis diminutio maxima.

¶Octo genera pœnarum canonicarum.

Damnum siue mulcta.

Excommunicatio, quæ successit ignis & aq̄ interdictioni. Siue comparatur deportatum quæ vt sup. dictum est. successit in locum interdictiōis ignis & aquæ ff. de pœ. l. 2.

Suspensio

Suſpenſio, quæ cõparat tẽporali relegationi.

Depoſitio, quæ comparatur perpetuæ deportationi.

Intruſio, incarceratio, quæ duo comparantur carceri ſeu vinculis.

Interdictum eccleſiaſticum

Degradatio, quæ comparatur morti ſeu capitis diminutioni maximę, de accuſ. c. qualiter. Plura ſi ſcire cupis, qualiter pœnæ canonicæ ſuccedãt ſeu comparent legalibus, vide Inno. 4. in d. c. generaliter. Quid autem ſit relegatio, quid deportatio, vide quæ notãtur inſti. quib. mo. ius pat. po. ſol. para. relegati

¶ Clericus aliquãdo vel excõmunicatur, vel ſuſpenditur, vel deponitur, vel degradatur, ex. de iudi. c. at ſi clerici & de cri. fal. c. ad falſariorum, et de verb. ſig. c. nouimus ext. de. off. ord, c. ad redimẽdam 30. q. 1. c. Si quis ſecundum

EXCOMMVnicatur proter contumaciam & multiplices exceſſus ex. de ſen. excõ. per to. & de cleri. excommuni. per tot.

SVSPENditur aũt vel ad tempus, vel in perpetuum, idq; ab officio, a beneficio, vel ab vtroque. i. & officio & beneficio, vt propter fornicationem & huiuſmodi, ex. de coha. cle. & mul. c. clericos & ſequen. & 32. diſt. c. nullus

Suſpenſus tamen ab officio videtur per conſequens & a beneficio ſuſpenſus, ag. Si diſt. c. eos. de quo dic, vt notatur ex. de cle. excom. c. latores. De diuerſitate autem ſuſpenſionum, vide nonnihil in gloſ. c. ad hæc, quoniam ex. de appel.

Eſt autem ſuſpenſio cenſura eccleſiaſtica, qua interdicitur aliquid officium vel exercitium, competens certæ perſonæ eccleſiaſticæ aliquando a iure, ali-

re, aliquando a iudice prolata.

DEPONITVR solo verbo, quando videlicet ob crimen aliquod sententia depositiõis in eum profertur, vt recenset hic Speculator Clemẽtem 4. publice fecisse, & tulisse sententiam depositionis in palatio suo Viterbij in 11. episcopos, tũc ibi præsentes, quod adhæserant principi Tarentino, qui regnum Ciciliæ occupauerant. Vide Speculatorem l. 3. par. 1. tit. de accus. para. Secundo loco, ver. Item quæritur.

DEGRADATVR, quando post sentẽtiam depositionis, insignia, quæ recepit, cũ ordinaretur, ei solenniter detrahuntur. Et hæc vocatur solennis depositio. De qua 11. q. 3. c. episcopus. Quomodo autem fiat huiusmodi degradatio, Spe. vide loco allegato

¶Annotatio

Licet quandoq; plures simul vnum delictum committant, tamen iudex dissimiliter punit, vt vnum in 5. alium in 10. nec immerito. Nam licet, omnes deliquerint, tamen vnus potuit magis alio delinquere. 51. dist. c. contumaces, & 32. dist. c. oẽm, & arg. C. de inoff. test. l. cum duobus hære. ff. ad l. Aquil. l. ita vulnerat⁹ ff. ad. l. Cor. de sic. l. fi. ex. de homi. c. sicut dignum. Secundum igitur qualitates delinquentium sunt pœnæ moderandæ, vide Speculatorem

Quæ autem sint crimina, in quibus sine accusatore proceditur, notatur extraua. vt ecclc. bene. fi. c. vnico

¶Qui ad accusationem criminum admittantur, vel non.

¶Regu-

Regulariter, Si crimen est priuatum, non admittitur nisi cuius interest ff. de priua. delict. l. 1. & 2. Si vero sit publicum, quilibet de populo qui sit integræ famæ, admittitur, insti. de publi. iudi.

Infamis autem & criminosus ab omni accusatione secundum canones repellitur. 2. q. 7. c. quærendum, & c. si qui sunt, & 6. q. 1. c. infamis, & c. qui crimen.

Et hoc verum est, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur 4. q. vlt. c. omnibus, ex. de testi. c. de cætero, vide latius Speculatorem.

¶Annotatio

Accusatus de graui & manifesto crimine, nō admittitur ad reaccusandum. Secus si graue & non manifestum, vel contra, ex. de appell. c. proposuit, 3. q. 5. c. quia suspecti, ff. de publi. iudi. l. is qui. Item accusatio, ordo, & testimonium paribus passibus ambulant, & qui non admittitur ad vnum, nec ad aliud. Dic & notatur 2. quæstio. 7. c. ipsi apostoli, & 1. q. 1. c. Si quis episcopus, extrauag. de testi. c. fi.

¶Exceptiones contra accusatorem.

1 Quod non sit legitimus accusator, extra. de accus. c. 1.

2 Quod non possit quis eodem tempore & eodem libello duos accusare ff. de accus. l. hos accusare, para. lege, nisi suarum iniuriarum causa. d. l. hos accusare, para. lege iudiciorum

Quod

Quod intellige si plures accusatiões vellet cõtra duos vel plures ex diuersis factis, vno eodemque tempore, & in eodem libello proponere, sed in diuersis libellis bene potest. Vide Speculatorem.

3 Quod accusatores sint plures, qui non omnes admittuntur, sed magis idoneus eligendus est ff. de accus. l. Si plures

4 Quod inuitus accuset quod esse non potest. Nam nemo inuitus cogitur ad agere vel accusare C. nemo inuitus cog. per to.

5 Quod fuerit socius & particeps criminis ex. de testi. c. veniens & C. eo. l. quoniam & l. fi. ff. de quæsti. l. repet. para, 1. ex. de confess. c. 1.

6 Quod par vel simile crimen commisit ff. soluto. matri, l. viro, arg. ex. de Simo. c. per tuas circa. prin. ex. de testi. c. personas

7 Quod accusator iam trãsegit vel pactus est de crimine priuato, vel etiam capitali, & in omni pœna sanguinis, excepta pœna adulterij. De alia pœna quæ scilicet non irrogat pœnam sanguinis non licet pacisci & transigere, præterquam in crimine falsi. C. de transact. l. transigere

8 Quod spoliarit accusatum tota substãtia sua vel maiori parte, extraua. de testi. spoli. c. frequens lib. 6.

9 Qđ & ipse accusator criminosus sit quocunque crimine, quare alium accusare non potest, ex. de exceptio. c. a nobis

10 Quod sit vilis persona extrauag. de sponsa. c. cum in tua. extrauag. de Simo. c, licet Heli. et c. sequen.

11 Quod sit frater, qui non potest fratrem, vel sororem accusare criminaliter de crimine magno & capitali, imo si faciat, pœna exilij plectendus est, ni

est,nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur, vel nisi in leuibus criminibus C.qui accus. nō pos. l.Si magnum,& l.Si sororem, & nisi in crimie læ fæ maiestatis C.eo.l,pe.& crimine hæresis ex. de præscrip.c,literas. Vide Speculatorem

12 Qđ accusatus fuerit alias super eodem crimine absolutus,de quo inf.de aboli.

13 Quod altero accusatore mortuo vel aliqua de causa impedito lapsi sunt trigīta dies vtiles, vn de non alter est admittendus ff.de accus.l.libellos in fi.ff.ad Turpil.l. ad priuatim,& infra dicemus latius

14 Quod alius primo cœperit accusare. Vnde pendente illa accusatione nō est alius accusator ad mittendus ff.de accus,l. hi omnes,para, ab alio

15 Quod sit apostata, vel filiꝰfamilias, vel mo nachus, vt supra de actore diximus.

16 Quod sit mulier quæ propter verecundiam accusare non potest 2.q.1.c.prohibētur ff.de accus. l.qui accusare,nisi in casib.certis,nempe

Si exequatur mortem eorum cōtra quos in vi ta non cogitur testificari

In l.eor.testamentaria de fal. vt in testamento falso liberti paterni vel materni ff.de accus.l.2.C. q accu.nō poss.l.vxor & l.Senatus,& l.de crimie

Si suam vel suorum iniuriam prosequatur. Et hoc est commune omnibus accusare prohibitis

In l.Iuli.de annona ff.eo.l.militis,& ff.ad l.Iu li,de annona l.fi.

In l.Iul.maiest.ff.de accus. l. in quæstionibus, 2.q.1.c.nullus

In crimie suspecto tutorum inst. de susp. tuto, para,consequens,& ff.eo.l.1.

In crimine Simonię

i In cri-

In crimine hæreſeos, extrauag. de diuort. c. de illa.

In dilapidatiõe fortunæ. Vide Speculatorem

17 Quod ſit pupillus, vel impubes d. l. qui accuſare, ff. de accu. & 2. q. 1. c. prohibentur. C. de fal. mone. l. 1. Niſi quando mortem patris vel aui exequiẽt. Et niſi in l. Corn. teſtamentaria contra teſtamentum patris, ſed hoc fit cũ authoritate tutoris, & cũ doli capax eſt, ff. eo. l. 2. para. fi. Et niſi forte in crimie læſæ maieſtatis. Popularem autem actionem intentare non poteſt, niſi ad eum pertineat, ff. de popul. actio. l. mulieri. Vide Speculatorem

18 Quod ſit miles, qui propter ſacramentum non poteſt accuſare, 2. q. 1. c. prohibentur, & d. l. q accuſare, niſi ſuam vel ſuorum iniuriã proſequatur, C. qui accuſ. l. non prohibẽtur, & l. Si crimen. Et niſi in crimine læſæ maieſtatis. C. ad l. Iuli. maieſta. l. nullus qui eſt. Et niſi pro annoſa fraudanda ff. de accuſa. l. mulierem. Et hoc ideo, ne a ſignis iam ſuſceptis pro republi. auocetur. Speculator

19 Quod ſit magiſtratus, vt præſes prouinciæ iuſtitiarius, vel ſenaſcallus, vt vocant, q hñt agnitionem meri vel mixti imperiĩ, & aliĩ de quib. in d. l. qui accuſare. et l. hos accuſare, ff. de iniur. l. nec magiſtratibus. Hi eñ maiores magiſtratus añ de poſitum officium non accuſant, niſi in caſu quo pẽ poteſt cum filia inuentum occidere, ff. de adulte. l. marito, Nec conueniuntur, vt ſupra de actore dictum eſt.

Item nec legati imperatoris, vel præſidis prouinciæ. Vide latius Speculatorem.

20 Quod ſit infamis, vt ſup. de actore dictum. Niſi in 5. caſibus.

1 Si suam vel suorum iniuriam prosequatur.
2 In l.Iul.maiest.
3 In crimine Simoniæ
4 In crimine hæreseos
5 In crimine fraudatæ annonæ

21 Qđ sit hæreticus, infidelis, Iudæus, vel schismaticus, 4.q.1.c.12.q.7.c.pagani.

22 Quod acceperit pecuniam ad accusandum vel non accusandum ff.de verb.oblig.l.generaliter,& l.veluti,ff.ad l.Iul.repet.l.lege Iulia. Vide Speculatorem.

23 Quod sit semel calumniatus.ff. de accus.l. Si cui,paragra.eisdem.3.quæst.5.c.similiter, & c. sequen.

24 Quod sit repellendus propter suspitionem calumniæ subornatus falsum testimonium tulit, ff.de accus.leg.alij,3 q.5 c.consanguineorum.Nisi in crimine læsæ maiest.& nisi snam vel suorum iniuriam prosequatur.

25 Quod semel ab accusatione destiterit, sine abolitione,ff.ad Turpil.leg.2.& C.qui accu. non poss.l.Si ea.

26 Repellitur agens de adulterio,quod lenocinium exercuerit,C.de adul.l.ita.

27 Quod sit pauper,quia non habet.50. aureos in bonis,C.de accus.l.nonnulli.

28 Quod sit libertus,vel filius,vel vasallus, vel beneficiatus,vel familiaris,& qui non admittuť cōtra patronos, parētes,dños, eccleśiā,vel eos in quorum domicilijs sunt nutriti, ff. de accusa.hi paragra.libri,& C.qui accusat. non post,lege pe. & final.

29 Quod ſit de publico crimine damnatus

30 Quod ſit de calumnia notatus

31 Quod fuerit miſſus in arenã cauſſa pugnãdi cum beſtia dentata

32 Quod pronuntiatus ſit aliquid feciſſe cauſſa calumniæ, vel præuaricatione in publico iudicio, ff. de accuſ. l. qui iudicio niſi ſuam &c. vt ſupra.

33 Quod ſit accuſatus de publico crimine, ꝙre pendente accuſatione, reaccuſare nõ poteſt ſuum accuſatorem, nec alium, ff. de publico iudi. l. is qui ex. de teſt. c. fi. Niſi ſuam vel ſuorum &c.

34 Quod ſit laicus, qui non poteſt clericũ accuſare ex. de accuſ. c. cum P.

35 Quod non ſit eius ordinarius, cuius eſt accuſatus, licet ſit clericus, ſicut & ille, arg. 2. q. 7 c. ipſi apoſtoli, & c. teſtes. Vide Speculatorem.

36 Quod ſit talis, qui non poſſit eſſe talis vel ad ordines promoueri, vnde nõ poteſt accuſare, 14 q. 1. c. ſuper prudentia. 2. q. 7. c. epiſcopi, & c. teſtes.

37 Quod ſecundum ll. repellatur, ergo & ſecundum canones. 3. quæſt. 5. c. Canonica, & duob⁹ ſequen. c.

38 Quod alias probatum ſit crimẽ, propter ꝙd a teſtimonio fuerit repulſus, licet non ſit infamis, ext. de ord. cog. c. 2. in fi. ex. de el ect. ſuper eo. ex. de teſti. c. teſtimonium

39 Quod ſit inimicus, 3. q. 5. c. 2, 3. et 4. & c. oẽs ex. de accu. 9. c. cum oporteat, et c. cum P.

40 Quod ſit ſuſpectus malæ conuerſationis, et facile litigans. Vide Speculatorem

41 Quod ſit alienigena & ignotus. 3. q. 5. c. accuſatores, & c. accuſationes, & c. canonica

42 Quod sit homicida, fur, latro, sacrilegus, raptor, adulter, incestuosus, veneficus, periurus, raptor virginum, 2. q. 8. c. quisquis

43 Quod sit excommunicat⁹. 3. q. 1. c. 1. & 2. ex de exceptio, c. exceptionem

44 Quod sit publicus concubinarius, ex. de accus. c. cum dilectus

45 Quod sit absens, qui non potest accusare p̃sentem, vel contra. C. de accus. & inscrip. l. absentem.

46 Quod non exhibeat libellum accu. 2. q. vl. c. 1. &c. præscripta, para. libellorum. Nec recte cõcepit.

47 Quod sit de numero personarum quæ prohibentur intentare actionem popularem ff. de popul. actio. l. populares, & l. mulieri. ff. de accus. l. q accusare, C. qui accus. non poss. l. 1.

48 Quod sit tutor vel curator vel procurator, qui alieno nomine accusare non possunt, ff. de publi. iud. l. pe. para. ad crimen, C. qui accus. nõ poss. leg. 2.

49 Quod fuerit testis in alia caussa contra accusatum, extrauag. de accus. c. cum P. & c. memi nimus.

50 Et generaliter multæ sunt exceptiones contra actorem competentes, de quib. sup. de actore & illæ etiam competunt contra accusatorem. In super reo mortuo crimen extinguitur, C. si reus vel accu. mor. fu. per to. Vide Spe. lib. 1. par. 3. de accusatore, para. viso.

¶Casus, in quibus personæ prohibitæ accusare admittuntur.

1 Si suam vel suorum iniuriam prosequantur ff. de accus. l. hi. tamen omnes.

2 In crimine perduellionis, quod est sub crimine læsæ maiest. vel forte idem. ff. ad l. Iul. maiest. l. fi. Et hoc committitur in principem, vel aliquem de eius latere. Vel dic. vt no. Insti. de hæred. quæ ab intest. def. para interdum.

3 In crimine hęreseos, C. de hęret. l Manichęos

4 Item Simoniæ. 1 q vltim. C. de episco. & cle. l. si quamquam.

5 Item sacrilegij, C. eo. l. Sicq; in hoc.

6 Item fraudati census secundum quosdam. Quod crimen committitur, cum portatores furantur victualia ad exercitum a Republ. missa.

7 Item dilapidationis, 2 q 7. c. quapropter. Sed nec in præmissis casib. capitales inimici admittuntur, ex. de simo. c. per tuas, & c. Licet.

De accusato.

Regulariter quilibet accusari potest, qui non inuenitur prohibitus. Sunt autem prohibiti accusari qui sequuntur.

Seruus non accusator de crimine, pro quo pecuniaria pœna imponitur, quia proprium non habet, Insti. de publ. iud. parag. Item. l. Iuli. Vel pro quo imponitur pœna ammittendæ ciuitatis, quia non est ciuis, Inst. De libertinis, para. libertinorum

Præses prouinciæ, nec legatus prouinciæ, nec magistratus Po. Ro. ff. de accu. l. hoc accusare.

Papa & Imperator, quia soluti sunt legibus, ex. de cõcess. præb. c. proposuit, C. de leg. l. digna vox est. Verum hæreseos accusatur imperator coram Papa. Item & periurij, sacrilegij, & ab eo iudicatur, extra de re iudic. ad apostolicæ. Et

Papa

Papa de hæresi tantum accusatur,40 distinct.c. Si Papa.Et tunc a synodo vel a Principe,23 q 5.c. Princeps.Vide Spe.

Maior magistratus nec accusatur nec accusat ff.de accus.l.hos accus.

Absolutus semel ab eodem crimine.

Clericus coram seculari iudice de crimine canonico vel ecclesiastico. In Authen.de manda. prin.para.Si vero canonicũ coll.3. Et vt cle.apud pro.epis.per to.

Minor.XIIII.an.de lapsu carnis non accusatur,sed de alijs,sic ff.de adult.l.Si minor,ex. de dilect.puero.c.1.& 2.

Omnis qui in ius vocari non potest,nec accusari poterit.Qui autem illi sint,vide ,ff. qui in ius vo.non poss.l 1.2.3.& 4.& 5.

Non possunt accusari, qui numerantur, lib.2. ff.de iud.

Mortuus accusari non potest.

Infans nec furiosus, ff. de sicar.l. infans, C.de pœ.l.Impunitas.

Absens non potest accu sari,vt sup.diximus. Sed vide latius Spe.lib.1.par.3.ti.de accusatore.

¶Coram quibus accusatio sit facienda.

Regulariter caussæ criminales tractãdæ sunt coram iudicibus ordinarijs, huiusmodi enim caussæ non delegantur , nisi a principe. Nam quod principi placet,legis habet vigorem.ff.de off.pro con.l.nec quicquam.para.vbi decretum,ff.de reg. iuris,l.omnia. ff.de off.eius cui mandata est iurisdictio,lib.pti.Nisi quando præses impeditus est.

Quia tunc potest ipse aliquem ad prouinciam sibi decretam mittere, qui omnia poterit præter vltimum supplicium & membri multilationem. Vide Specu. lib. 1. par. 1. ti. de iudice delegato. parag. Excipi potest vers. Item est delegatus in causa criminali.

¶ Solus iudex ordinarius seu delegatus causas criminales clericorum tractare non potest. Nam in causa criminali episcopi requiruntur 12. episcopi præter proprium metropolitanū. In causa vero presbyteri 6. præter proprium. In causa diaconi tres, præter proprium, 15 q 7. c. Si quis tumidus.

Verum hic numerus hodie limitatus est, maxime in causa hæreseos, e x. de hæret. c, 1. lib. 6. Vide Spe. li 3. par. 1. ti. De accus. para. quarto loco.

¶ De accusatoris contumacia

Secundum canones accusato veniente in termino excommunicabitur, nec prius audietur, quā doceat se fuisse iusto impedimento detentum, et reus est absoluendus, 4 q 4. c. qsquis & 11 q 1. c. Christianus. Vide latius Spe.

Secundum. ll. citandus est per tria edicta, vel p vnum peremptoriū, vt veniat ad peragendam accusatiōem. Quod si non veniat, punietur extra ordinem, & in omnes expensas. C. qui accus. non poss. l. qui crimen. Vide Spe.

¶ De contumacia accusati.

Si añ lit. con. sit. cōtumax, scd̄m. ll. bona eius annotātur & describunt̄ & de nouo citatur, p̄stita cautiōe ab accusatore. Sed si intra annū̄ venerit & iuri paruerit, præstita satisdatione de respondendo ea recuperat & super crimine auditur.

Post

Post annū vero omnia confiscantur, & si postea iuri paritus venerit, auditur super crimine, bona autem nō recuperat, ff. de requirē. reis. l 1. para. præsides, & parag. fi. & l. fi. C. eo. l. quicumque C. de accus. l. absentem, & l. qui de crimine

Et secundum. ll. nunquam super crimine contra absentem proceditur lite non contestata, nisi in casu, sc3 contra apparitores, C. de pœ. l. ne diu.

Verum tamen de consuetudine in plerisq; locis absens contumaciter pro confesso habetur. Vi de Speculatorem.

¶ Post litē contest. Et si liquet de caussa vel liquere potest, nunquam in maioribus criminibus proceditur contra absentem, imo audietur quandocumq; venerit. Sic intelligitur. ff. de requirē. reis l. annus.

Sed in minoribus quæ pœnam relegatiōis vel damnum æstimationis continent, bene proceditur contra absentem. ff. de pœ. l. absenten.

Et accusator debet esse præsens, quādo contra reum proceditur, nisi in casu. C. de adul. l. quamuis Vide Speculatorem. li. 3. par. 1. ti. De contumacia accusati.

Verum secundum canones, si non liquet de caussa post lit. contest. nec liquere potest vel lis nō est contestata, excommunicatur. 4. q 6. c. quisquis.

Et si intra annum venerit, absoluitur & auditur super crimine illo. Post annum vero super crimine non audietur, nam intelligitur iuris præsumptione confessus, vt in c. tursus, & c. quicumq;. ex. de præsumptio.

Et post annum huiusmodi excommunicatiōnis sententia potest aggrauari, vt procedatur ad

ſuſpenſionē vel perpetuam priuatiōem officij, & beneficij.

Si autem lis eſt conteſtata, poſſunt teſtes recipi contra eum. Et ſi de cauſſa liquet, ſententia diffinitiua proferri poteſt. Vide latius Spe. loco iam allegato.

¶De denuntiatione.

PLærumq; quorundam crimina ſuperioribus denuntiantur, 86 diſt. c. ſi quid vero, & 2 q 1. c. deus. Quare de ea nunc non abs re dicere decreuimus.

¶Ordo tractandorum

1 Quid ſit denuntiatio, & quotuplex.
2 Quis poſſit denuntiare, & contra quem denuntiatorem excipiatur.
3 Qualiter in denuntiatione procedatur.

¶Quid ſit denuntiatio.

Denuntiatio eſt alicuius crimen ad ſuperiorē nunciare. Ita quod propoſitio de augeat, quandoquidē hęc propoſitio de auget poſitum, ff. de poſſ. l. 1. Licet ſola denuntiatio quantum ad crimina ſufficiat. C. de accuſ. l. ea quæ ex. de colluſ. c. crimina, ff. de Turpil. l. ab accuſatione, para. nuntiatores.

Hoſtien. vero ſic definit: Denuntiatio eſt criminis alicuius apud iudicem ſine inſcriptione legitime facta delatio: ad pœnitentiam peragendā vel aliam legitimam pœnam imponendam, vel etiam ad vtrumq;, &cæ.

¶Denuntiatio Euangelica.

Eſt, quæ tantū ad pœnitentiam fit, & locum habet in peccato occulto: ſed non omnino occulto quodq;

quodque probari potest. Cum omnino occulta solí deo reseruentur. Ad hanc tenetur prælatus, & quilibet, quantumcunque infamis, admittitur, 2. quæst. 1 ca. si peccauerit, extra. de testi. ca. in omni, & cap. nouit. De iudic.

¶Denuntiatio iudicialis duplex.

PVBLICA dicitur illa, quæ officio competit, in qua nec monitio requiritur: De qua in cap. Romana cap. sane. De censibus & exact. libr. 6. C. de accusat. leg. ea quidem. 35 quæstion. 6 c. episcopus in synodo. Et ad hanc denuntiationem episcopus inquirere tenetur, & eo negligente archiepiscopus.

PRIVATA potest dici illa, quæ ratione interesse competit, vt si quis tibi iniurietur: vel rem tuam auferat,

Et in hac si in foro ciuili fiat, nõ requiritur monitionis probatio.

Et habet locum, cum quod pressus nequit agere, puta quia est seruus vel alterius potestati subditus, vt libertus, vel filius, vel vxor. Et in his quæ spectant ad forum venale & rusticum oppressis a dominis, ff. de offi. præf. vrb. li. paragra. quod autem, & paragra. cum patronus & paragra. cum carnis, & seque. Et idem in omnibus pauperibus expressis. Et generaliter in omnibus criminibus.

SI VERO hæc denuntiatio fiat in foro canonico, requiritur trina monitio, duodecima quæstion. 2. cap. indigne. Expeditur tum de plano sine libello.

¶Denun

¶Denuntiatio Canonica duplex.

SPECIALIS, & competit illi cuius interest bonum habere prælatum vel bonum subditum ec clesiasticum.

Et fit hæc vt quis a beneficio remoueatur. 1 c q vlt. c. filijs. Et in hac requiritur triplex monitio, nec ad eam admittitur qui ab accusatione repelli tur, ex. de accus. c. cum oporteat & c. cum dilectus ex. de simo. c. licet Heli & c. per tuas. Quia hæc accusationi æquiparatur, ex. de appel. c. constitutus, para. fi.

GENERALIS, quæ & publica dici potest, cū agitur de matrimonio impediendo vel dissoluendo, vel cum agitur de peccato in iudicio ecclesiastico corrigendo, in quo aliquod priuatum non introcluditur interesse.

Ad hanc admittitur qui ab accusatione repel litur, nec in ea requiritur trina monitio, ext. de de sponsa. impul. c. ad dissoluēdū, de spōs. c. p̄terea, & de clandest. despōs. c. fi. Quam etiā si denunciās no lit prosequitur, Iudex officio suo prosequitur, ex. de spōs. c. cum in tua, de iureiuran. c. ad nostram.

¶Est & alia denunciatio, quæ regularis dicitur. Et est proclamatio in capitulo ad correctionem excessus facta.

¶Quis possit denunciare, & quæ contra denunciatorem opponi possint.

Omnis, qui bonæ vitæ, famæ, & conuersationis est, & qui ad hoc ex charitate procedit, & qui non ex odij fomite denuntiat, ex. de accus. c. repellantur, & c. qualiter. 2 q 1. c. Si peccauerit.

Et

Et potest quis denunciare per procuratorem & denuntiatiõem prosequi, arg. ex. de præsumpt. c. cum in iuuentute te. vers. licet igitur, & extr. de test. c. ex parte A.

¶ Exceptiones contra denuntiatorem.

1 Quod sit criminosus & excommunicatus, et quod procedit ex fomite odij, extra. de accusa. ca. qualiter.

2 Quod non charitatiue præmonuerit. Quod intellige in denuntiatione Euangelica & iudiciali priuata & canonica speciali, extra. de accusa. c. 2. & 1 q. 7 c. accusatio. ex. de simo. c. licet, prope prin. ff. de adult. l. denuntiasse.

Fallit tamen secundum Speculator, vbi crimen Simo. denuntiatur, tunc enim non est necessaria monitio.

Quod autem monitio debeat denuntiationē præcedere, vult Christus Matth. octauo. Lucæ. 17. & Apostolus 2. ad Corinth. 13. Vide latius Specu.

3 Quod denuntians fuerit accusando calumniatus, extra. de accusation. cap. veniens, vide ibi Io. and.

4 Quod denuntians ipse eodem laboret vicio quo alium denuntiat, quandoquidem nil Clodius mœcho, nil Catelina Cethego. 3 quæst. 7 c. infamos ca. Item testatur.

Et seruator noster dicit Matth. 7. festucam in oculo alterius vides, & trabem. & c. ex. de accus. c. cum dilectus & c. Inquisitionis.

Verum in caussa matrimoniali super consanguinitate possunt infames denunciare. Vide Speculatorem.

Quali

¶Qualiter in denuntiatione procedatur.

Superior cui fit denūtiatio alicuius, rogare debet ex denuntiatore, an velit accusare. Et si respōderit, quod sic, iubeat eum inscribere & offerre libellum, aliaq; faciat, quæ ad accusationem, (de q̄ sup.) spectant.

Si vero responderit: Volo vt inquiratur, respōdebit superior quod inquirendum minime sit, q̄n non præcesserit frequens & clamosa insinuatio, vt inf. de insinuatione patebit.

Si vero dixerit: tantummodo eum tibi denuntio, vt saltem ei scribas, quod se emēdet: alioq; scribas alicui qui eum corrigere debeat. Ad solā enim correctionem agitur, cum per modum inquisitionis proceditur, ext. de accus. c. super his & c. q̄liter.

Formam denuntiationis habes apud Spe. lib. 4 par. 4. De accus. & inquisi. & enunt.

Veruntamen in denuntiatione quia de plano expeditur, non est necessarius libellus, extra. de iudi. c. nouit circa fi. Item secundum ll. iudex ad solam denuntiationem non instituta accusatione procedit, C. de accusat. leg. ea quidem & C. de custod. reo. le. in quacunq; in pri. & C. de mulie. quæ ser. prop. l. i. & C. de sepul. viol. l. antepe.

¶Annotatio.

¶Nota, quod licet processus sit cœptus per modum denuntiationis, si tamen aliqua difficultas ingeratur, transitur ad modum inquisitionis, nec punietur denuntiator, cum non sua voluntate desistat, ex. de simo. c. licet Heli. para. cū igitur ibi nōdū. Qui alias puniretur de calū. nisi se purgaret.

¶De inquisitione.

Quod

QVIA sæpe ex denuntiatione transitur ad inquisitionem, etiam secundum ll. vt inf. dicet. Ideo nūc recte de inqsitiōe segtur.

¶ Ordo dicendorum.

1 Quid sit Inquisitio & quotuplex.
2 Qualiter Inquisitio impugnetur.
3 Quando ad inquisitionem sit procedendum.
4 Qualiter in inquisitione sit procedendum.
5 Quæ pœna p inqs. probato crimīe imponat
6 De expēsis accusantib. seu denūtiātib. cōcedē.

¶ Quid & quotuplex sit Inquisitio.

Inquisitio est alicuius críminis per superiorē respectu inferiorum suorum inuestigatio. Et regulà riter non est facienda inquisitio, nisi fama p̄cedat a fide dignis personis. Et hoc non semel, sed sępius c. qualiter, c. cum oporteat. ex. de accu. & inquisi.

¶ Inquisitio triplex.

GENERALIS simpliciter. i. quantum ad p sonas & delicta, vt cum præses inqrit an sint hoēs facinorosi, de qua in leg. Congruit, ff. de off. præsi.

SPECIALIS simpliciter .i. quantum ad per sonas & delicta, vt cum de certo & limitato delicto, contra certum & limitatam personā, præses vel prælatus inquirit, de qua C. de accu. le. ea qdē.

GENERALIS simul & Specialis, siue sit generalis quo ad personas & quo ad delicta speci alis, vt cū præses inquirit cōtra eos q Titiū occiderūt. Siue cōtra sit gñalis, quo ad delicta, & q̄ ad p sonas spālis, vt cū ptās vel aliq punit ad Syndic.

Verum secundum Panormitanum in cap. qualiter & quando extra. de accus. alia datur distinctio. Nam alia est generalissima, qua inquirit super

ſuper ſtatu alicuius ciuitatis vel caſtri vel loci. Tertia dicitur Specialis, qua inquiritur contra certam perſonam, ſiue ad imponendam pœnam ſiue ad peccatum euitandum ex debito officij.

¶ Qualiter inquiſitio impugnetur.

Quod non ſit denuntiatus, nec de obiectis criminibus infamatus. Non enim poteſt ad inquiſitionem procedi, niſi præceſſerit fama, ex. de accu. c. qualiter & quando.

Quod prælatus non habeat denuntiantē, ſub ſua iuriſdictione, ext. de accuſ. c. cum oporteat & c. qualiter & quando & Super his.

Quod crimina ſuper quibus inquiritur, ſunt leuia & diſſimulanda. Non n. inquirendum eſt niſi de maioribus, puta de homicidio, ſimonia, adulterio, fornicatione, periurio, inceſtu, & ſimilibus, ex. de accuſ. c. inquiſitionis de re. iud. c. cum I. & Aff. de accu. l. leuia.

Quod tantum ſemel, & non ſæpe, vel frequēter prælatus inquirens audierit de illo crimine. de quo inquirit d. c. qualiter & quando de accuſa. Et de ſimon. cap. licet Heli, verſ. contra quos. Sed qualiter accipiatur hoc verbum Sæpe, vide apud culatorem.

Quod alias fuerit contra ſe ſuper hoc inquiſitum, & quod tunc fuerit ſententialiter abſolutus.

Quod volens inquirere nō ſit talis, qui ex ſua iuriſdictione poſſit inquirere. Poſſunt autē Papa & imperator inquirere per ſuos legatos ſeu delegatos. Epiſcopi in ſuis diocœſibus. Metropolitanus in ſua prouincia in caſibus, qui notantur ex. de off. ord. c. Paſtoralis. Præſes prouinciæ & quicunque

que habet cognitionem causſæ criminalis, hoc eſt merum imperium. Hæc probantur ff. de quæſtio. le. i. para. Si quis vltro De accuſ. c. cum dilectus: et c. ſicut olim & ca. qualiter 2. Et vt paucis dicam, Quicunque poteſt corrigere & punire, poteſt & inquirere. Vide Speculatorem.

Quod denegetur Reſcripti copia, vigore cuiꝰ quis vult inquirere, extra de offic. deleg. cap. cum in iure.

Quod inquiſitor ſit criminoſus. 3 q 7 c. iudicet Verum intellige, quod quam diu ordinarius ab ecclesia toleratur, nullus ſubditorum poteſt eius Iudicium ratione criminis declinare, ext. de cohab. cle. & mul. c. veſtra. De cleri. excommuni. c. fi.

Quod is contra quem inquiritur, non ſit infamatus ſuper hoc crimine, quare non poteſt contra eum inquiri. Debet enim eius fama prius fuiſſe læſa apud bonos & graues viros. Vide Specu.

Quod ſit certa ratione ſuſpectus, ex. de accu. c. ad petitionē &c. qualiter 2, ver. Sed cū ſup. Quo aūt hoc in caſu cauſſa ſuſpitiōis proponēda ſit, & q̄liter arbitri eligendi, vide latiſſ. hic apud Specu.

Quod teſtes qui adducuntur, non poſſint eſſe teſtes. Vide ſup. de teſti. formam huius oppoſitioſitionis, & qūo Iudici ſit offerenda, vide apd̄ Spe.

Quod inquiſitor ſit inimicus, vel quod cū inimicis moretur, c. cū oporteat. De accuſ. Vel quod ſit publicus concubinarius eo. ti. c. cū dilectus. Vide plenius de hac re apud Spe. li. 3 par. i t. De inqſ.

¶Adnotationes.

1 Cū ingritur ſup ſtatu eccīæ in capite, & i mēbris, q̄leſcūq; teſtes de ipſa eccīa admittunt. Quia illi meliꝰ nouerūt veritatē, ex. de teſt. c. veniens. 2.

2 Cum inquiritur de crimine simoniæ vel excepto, de quo inf. suo loco, etiam viles testes recipiuntur, tamen distinctione, quæ est ex. de simonia, c. per tuas. In aliis aũt honesti tantum recipiũtur.

3 Inquisitio differt ab aliis iudiciis, quia in ea fama habetur loco accusatoris, ex. de accus. c. qualiter 2, & de Simo. c. licet Heli. In aliis aũt nullus regulariter dãnatur sine accusatore, ext. de eccles. benef. c. vnico. Et in ea testes recipiuntur lite nõ cõtestata, quod nõ est in aliis regulariter, ex. vt lit. nõ contest. c. qm̃, para. sunt & alij. Vide Spec.

¶ Quando ad inquisitionem sit procedendum.

1 Si dicatur dñs a familia occisus, & cõstet eũ occisum quocunq; mõ. Præses em̃ prouinciæ tũc procedet ad inquisitionem. Quia sumit quæstionẽ a familia, & torquebit, vt sciat occisorem.

Si autẽ veneno dicatur extinctus, licet nõ fiat inquisitio per. S. C. Sylla. fit tñ inqsitio per legũ latorẽ Vlpia. & ff. ad S. C. Syl. l. para. occisorum.

2 Si accusator pecunia corruptus a reo abolitionem petiisse dicatur, Iudex de hoc inquiret per se, & si sic inuenerit puniet competenter, C. de abolitio, l. abolitio.

3 Præses ex officio suo inquiret malos, & eos de sua prouicia expellet. Item sacrilegos, latrones, plagiaros, fures & receptatores eorũ, et in eos aĩad uertet, prout quisq; deliquerit, ff. de off. præsi. l. cõgruit & l. 3 ex. de off. ord. c. i.

4 Si quis in ecclesias irruat & personis ecclesiasticis in ipo loco cultuq; aliquid iniurię irroget, sine accusatore inquiret & puniet, C. de episcopis & cle. l. Si quis in hoc genus, 2 q 1 c. Imprimis.

5 Si

5 Si hæres de hæreditare aliqd subtraxerit, C. de iure del.l.Sancimus,para.licentia.

6 Si nauis sit obruta vel submersa,trium nautarum quæstione habita solers inquisitor inuenerit veritatem,quæ si naturali sorte defuerit,in alios inquisitio transferatur,C.de naufrag.leg.quoties.lib.1.

7 Fit inquisitio in maleficijs,quando vnus ex malefactoribus confitetur,se socios habuisse. Illi enim de se confesso non creditur contra alios C.de accus,l.fi.ex.de confess.c.i. vnde.inquiretur de socijs,ff.de quæst.l.i.para.Si quis vltro.

8 In crimine lenocinij, ff.de adulte.l.2.paragr. Si publico.

9 In crimine suspecti tutoris,ff.de suspect.tuto l.3 para.præterea.

10 Quando quis suspectis vtitur instrumentis. C.de proba.l.Iubemus vel falsis testibus,C.de testib.l.nullum.

11 In notorio crimine,C.accus.l.eam quæ.

12 In crimine hæreseos & apostasiæ,C.de apostata.l.apostatarum,C.de iudæ.l.nemo.

13 In crimine læsæ maiestatis,C.ad l.Iul.maiest.l.2 & 3.

14 De calumnia Iudex cognoscit, & calumniantem tempore scientiæ punit.C.de calumniat.l.1 ff.ad Turpil.l.i.para.i.

15 Ia casibus,in quib.sine accusatore qs condēnatur,qui not.ex.de eccles.benefi.c.vnico.

16 De iuribus Principis inquirendo pōt cognosci,C.lib.10 de bo.vacan.l.1.& pe.

17 In ingsitione iurium ecclesiasticorum Papa qñq; procedit inquirendo,sed hoc specialiter facit

Super iuribus vero singularium personarum non est procedēdū inquirendo, sed actiōibus intētatis.

18 Episcopus bene potest inquirere contra suspectum de vsura & de consanguinitate inter coniuges, & de alio impedimento matrimonij. Vide de his, vt not. ex. de iureiu. c. ad nostram & c.

Et hoc secundum ll. quæ semiplene de inquisitione tractant. Sed secundum cc. clarius patet forma & natura inquisitionis, & qū, & qualiter in ea procedatur: vt patet ex. de accu. c. qualiter 2. vsq; ad para. Debet, & in c. Inquisitionis.

¶ Annotationes.

1 Aduertendum, quod superior ad inquisitionē procedet, cum clamor validus ad eum peruenit a personis honestis, & nō suspectis vel maleuolis, quod subditus deliquerit.

Et non sufficit semel peruenisse, sed sæpius, ita quod amplius a prælato sine scandalo tolerari nō possit. Et ex hoc reus est infamatus apud bonos & graues, 2 quæ. i. c. Deus omnipotens ibi descendam, inquit, & videbo. Si autem infamia nō præcedit, non inquiret. Vide speculato.

2 Licet autem non debeat regulariter ad inquisitionem ordinariam procedi, nisi infamia præcedente, vt iam dictū: tamē cū epūs vel archidiaconus visitat, licet nulla infamia p̄cesserit, bñ p̄t gradatim & summarie ingrere sine iudicialistrepitu, de vita & moribus clericorū: vt eos corrigat, ex. de cens. c. Romana para. Sane. 10 q i c. placuit.

¶ Qualiter in Inquisitione sit procedendum.

Volēs inquirere in quocunq; de præmissis casib. debet p̄sonalit̄ ad locū accedere, vbi inquisitio, fieri

fieri debet, siue sit ordinarius, siue delegatus: & loca & personas subijcere oculis ff. fi. regund. l. Si interruptione, & ex. de accu. c. cum dilectus, & c. qualiter, & prop. prin, & c. fi. & 2. q. 1. c. deus ibi: Descendam, inquit, etcæte. de rescriptione c. cum dilecta.

Nusquam enim melius inquiri potest, quam in loco vbi infamatus degit, quod ibi instructio melius fieri potuit, C. vbi de cri. arg. opor. l. 2.

Quod si autem commode ad locū accedere nequeat, vocet ad se infamatum ad aliquem locū idoneum & securum, ex. de appel. c. ex. parte, & vt lit. non contest. c. accedens, & vide c. Statuimus l. de offi. deleg. lib. 6.

Cum autem inquisitor ad locum venerit, distingue, vt iam sequitur. Quia inquisitio fieri potest dupliciter, nempe aut aliquo prosequente, aut ex officio fama quasi deferente

¶ Inquisitor duplici modo procedit.

Aut aliquo impetrante & prosequente inquisitionem, ex. de re iudi. c. cum & A. & de Simo. c. licet Heli, & de accus. c. cum oporteat

Et hoc modo iterum distingue, quia aut inquiritur super statu monasterij seu ecclesiæ, tam in capite quam in membris, d. c. cum I. & A. & de accu. c. qualiter, aut super excessibus singularis personæ, d. c. licet.

Si super statu ecclesiæ, tunc citabitur tam is q prosequitur, quam ij contra quos inquiritur, puta abbas, vel episcopus, siue monasterium, vel ecclesia de cuius statu quæritur, & clerici seu monachi ipsius monasterij vel ecclesiæ infamatæ, & partibus præsentibus, proponet is qui prosequitur seu prosequi impetrauit, qualiter monasterium est in

famatum super talibus criminibus apud bonos & graues.

Et hæc infamia ad superiorem frequentibus peruenit clamoribus, quare ipsis inquisitorib. per eum inquisitio est cõmissa. Vnde supplicet, quod in ipsa inquisitione procedant via regia, solum deum habentes præ oculis, & sine personarum acceptione, iuxta traditam eis formam.

Vel si est ordinarius dicat, iuxta formã iuris, ex. de rescrip. c. cum dilecta. ex. de accus. c. qualiter. Et legat literas commissionis

Vel si inquisitor sit ordinarius, crimina corã eo verbo proponat, vel det libellum, in quo præmissa proponat.

Vide Speculato. qũo vlterius sit procedendũ.

Si autem inquirat super excessibus alicuius personæ singularis aliquo inquisitionem prosequẽte, cuius nomen est rescripto insertum, tunc bene citabitur is contra quem debet inquiri. Vide latius Speculatorem.

¶ Aut ex officio, cum prælatus frequentibus excitatus clamoribus, descendit ad inquirendum de excessibus subditi, quos nequit vlterius sine scãdalo dissimulare, ext. de accus. c. qualiter 2. & de simo. c. licet Heli, & de collusio. deteg. c. in tm̃, 2 q. i c. Deus omnipotens.

Tunc episcopus vel superior præfiget terminum volenti accusare. Et si quis apparuerit legitimus accusator, illum audiat, & procedat prout dictum est sup. de accus. Hæc probantur ex. de accus. c. accedens, ex. de purg. ca. c. ex tuarum.

Potest etiã tũc, si velit, purgationẽ indicere, in qua etiã si defecerit, punit̃ d. c. cũ accedens.

Quod si nullus appareat accusator, vel appareat,

reat, sed repellitur obiectu exceptionis alicuius vt supra de exceptio. contra accusatorem dictum est: tunc episcopus vocatis eccleſiæ suæ canonicis ad inquisitionem sub forma quã habes apud Spe. lib. 3. par. 1. ti. De inquisit. procedit.

Aduerte tamen hic, quod si contra abbatẽ alĩ quem inquiratur, alij abbates illius diocœsis vocentur, 18. q. 2. c. Si quis abbas

Vide latissime hic Spe. qui pulchre instruit inquisitores, quo pacto se habere debeant

¶Annotationes

1 Is cõtra quem inquiritur, debet esse præsens: nisi se contumaciter absentet.

Et exponenda sunt ei capitula illa, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum

Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei publicanda, vt appareat quid & a quo sit dictum, nec non exceptiones & replicationes legitimę admittendæ, ne per suppressiõem nominum infamandi, per exceptionum vero exclusionem deponendi falsum, audacia præbeatur.

Hæc probantur de accus. c. qualiter 2. parag. debet autem, & c. olim

2 Præterea sciendum, quod licet vbi quis promouet inquisitionem, & reus se negat infamatũ, non debet iudex procedere in inqsitione, nisi promotor infamiam probet

Secus tamen est, cum prælatus ex officio suo procedit, Vide Speculatorem

3 In summa notandum, quod vbi agit̃ de confirmatione eplĩ, Supior ex officio suo etiã nulla infamia pcedẽte vel denuntiatiõe inqrere debet de meritis electæ pſonæ, de studijs eligẽtiũ, de forma

electionis, vt ex. de elect. c. scriptum est, & c. postquam &c. cum nobis, & c nihil. para. cæterum

Idem in ordinatiõe episcopi, & cuiuslibet clerici 75. distinct. c. ordinationes 1. 2. & 3. Idem in consecratione episcopi, Idem in trãslatione seu postulatione. Vide latius Spec, hæc pulchre probãtem.

¶ Quæ pœna per inquisitionem probato crimine imponatur.

Ex ordine restat videre q̃liter crimen per modum inquisitionis probatum puniatur, & inde ca prata occasione de alijs etiam modis tractabim⁹

Quoniam secundum modum petitiõis debet sententia & pœna formari, ex. de accus. c. qualiter 2. & de Simo, c. licet Heli. ver. non tanquam

¶ Si per modũ accusationis agatur, crimine probato deponetur, seu degradabitur, seu decapitabitur, vel alias secundum normam propositæ actionis punietur, d. c. qualiter, para. verum ita, et ex. de Simo. c. licet Heli: & c per tuas, in fi.

¶ Si per modũ denuntiationis, pœnitentia imponetur, si ad hoc fiat. Idem etiam si simpliciter, vt 2. q. 1. c. Si peccauerit, & ex. de iudi. c. nouit, ex. de iureiur. c. quemadmodum in fi.

Vbi vero fit ad pœnam imponendam, tunc idem dicendum, quod in inquisitione, arg. ex. de dolo & contu. c. veritate

¶ Si per modũ inquisitionis, remouebitur ab administratione, d. c. dilectus &c Per tuas, in fi. et de accus. c. ad petitionem

Cum ergo in inquisitione ex officio proceditur, sed nil probatum fuerit, absolui debet. Et si in famia

famia perduret, poterit iudici purgatio infamato secundum qualitatem personæ & infamiæ quantitatem, &c.

Si vero fuerit probatum, si prælatus est remobitur ab administratione. Sicut villicus a villicatione Luc.16. remotus legitur

Minores vero & non habentes administrationem, priuabuntur officio & beneficio, d.c, qualiter & c. dilectus

Vel melius punientur iudicis arbitrio, secundum personæ conditionem & criminis qualitatē & alijs consideratis 87. dist. c. si quid, ext. de Simo. c. licet, ver. discedam

Nisi tale sit crimen, quod etiam post peractā pœnitentiam impediat ordinis executionem, vt homicidium, simonia, & similia, extra. de accus. c. inquisitionis. Quibus casibus deponitur, ac si p modum accusationis fuisset processum, d.c. inquisitionis

Potest tamen & aliter distingui. Nam aut cō uincitur quis de crimine per inquisitionem quæ fit ex officio, & tunc fit pœna remotio ab administratione, vt patet supra in villico. Aut per inquisitionem factam aliquo denuntiante, & tunc imponatur pœna iuxta petitionem denuntiātis, d. c. qualiter 2. in fi.

Nisi sit tale crimen quod & post peractā pœnitentiam impediat executionē officij. Quia tunc debet deponi, licet a denuntiatore solum fuerit petitum, vt ab administratione remoueatur, vt supra.

Considerandum tamen est, vtrum denuntiatio sit euangelica, an canonica, an iudicialis, vt supra.

In ſimplicibus vero clericis debet pœna imponi iudicis arbitrio, niſi pœna ſit expſſa in iure, quia tunc illa imponetur, vt ex.de off.deleg.c. de cauſis & de elect.c.per inquiſitionem

De pœna autem regularium habes ex.de Simo.c.dilectus,&c.quoniã ſimoniaca. Vide plenius Speculatorem

¶De expenſis accuſantibus ſeu denuntiantibus dandis.

Monacho abbatẽ accuſanti, debet abbas in expenſis moderatis & neceſſarijs prouidere, cum proprium non habeat,ex.de accuſ.c.ex parte. Idẽ ſi inquiſitionem proſequitur,ex. de accu.c. ex parte,para.fi.

¶Clerico ſeculari denuntianti vel proſequenti inquiſitionem contra prẽlatum,vel alias ſi agit vtilitatem eccleſiæ, prouideri debet de expẽſis ab eccleſia,ex,de procu. c. cum procurator ff.q̃d cuiuſq; vni.no.l,ſic municipij,reſpon.i.

Si vero prælatum accuſat,tunc non.Nam illaudabilis intentionis genus arripuit,2.q.7.c.Si qs epiſcopus

Porro cum inquiritur ſuper ſtatu eccleſiæ tam in capite quam in membris,is qui eam proſequitur,negotium agit eccleſiæ:& ideo ſiue ſit monachus,proprium non habens,ſiue clericus ſecularis proprium habens, habebit expenſas ab eccleſia. ex.de accuſ.ex parte in fi.

Non enim debet habere diſpẽdium,vnde metur habere p̃mium,ext.de fideiuſſ.c.peruenit.

¶De criminibus in modum exceptionis propoſitis.

Plerunque crimen in modum exceptionis opponitur:

ponitur: idcirco non ab re erit, si nonnihil hic videamus, quem effectum habeat crimen sic obiectū. Et qualiteer in eo procedatur, Et qualiter sit puniendus tam is contra quem probatur, quā is qui in probatione deficit

Aduertendum itaque, quod tam secūdum ius canonicum quam ciuile, crimen in modum exceptionis proponitur quandoq; contra actorē, qñq; contra testes, qñque contra promouendos

Et in his omnibus refert, qualiter quis obijciat crimen. Si enim opponitur, vt quis ab accusando, vel testificando repellatur: tunc excipiens non inscribit, ex. de Simo. c. licet. Et si excipiens non probat, non punitur, nec etiam is cui obijcitur, si probetur, nec ob hoc fit infamis, sed tm̄ a testimonio, vel ab accusando repellitur, ff. de his qui. no. infa. l. lucius, ex. de ord. cog. c. cum dilectus, para. fi. de testib, c. Super eo. ex. de exceptio. c. r,

Excipitur autem de crimine contra accusatorem sine libello & sine pœna, 2. q. 7. c. Si q sunt, & c. quærendum

Hinc est quod si vir accuset vxorem de adulterio, repellitur si vxor excipiat cōtra eum, quod ipse idem crimen commiserit exceptione probata 32. q. 6. c. nihil iniqus, & per to. ff. de adul. l. si vxore, para. iudex. Vide latius Speculatorem

Si ante confirmationem excipiatur, tunc inciens non cogitur inscribere, quia sic crimen probatum non dedijcit, quamuis impediat

Si post confirmationem, puta cum quis ordinandus vel consecrandus: tūc licet excipiens non teneatur inscribere, est tamē iudicis arbitrio ad alī quam pœnam extraordinariam, si in probatione defecerit, astringendus.

Et est

Et est ratio, quia crimine sic probato, repellitur ab obtinendo: & deijcitur abeo, quod per electionem & confirmationem obtinuerat, licet prius habita nō amittat, ex. de accus. c. Super his, ex. de procurato. c. tuæ.

Et sic hæc exceptio, quasi pro accusatione habetur.

Quare autem non procedatur ad pœnā, quando accusatori crimen in modū exceptionis objici tur, & nō probatur, sicut & proximo præcedente casu, ratio hæc est secundum Specu. Quia licitū est q̄cumq; modo sanguinem proprium redimere, ff. bo. eorum, qui mor. lib. con. l 1. Ideo parcitur accusato excipienti, Sicut & illi ignoscitur, qui prouocatus voluit se vlcisci, ff. de bo. liber. l. qui cum maior.

Vide Spe. lib. 3. par. 1. ti. de criminibus in modum excep. pro.

¶ De notorijs criminibus.

QVoniam duplex est cognitio criminum, scilicet, secundum iuris ordinem, de qua dictum: & extraordinaria, nempe cum crimen est notorium. Nam tum iuris ordinem seruare non est necesse.

Ideo de hac nunc obiter dicendum restat.

In notorijs tamen iuris ordinem non seruare, est secundum iuris ordinem procedere, ex. de iure iurando. c. ad nostram. 3.

Item de cognitione & modo cognoscendi de criminibus notorijs fit mentio ex. de accus. c. qualiter 2. para. ad corrigendos, & de Simo. licet heli in prin. Sed iam ad rem.

¶ Recepti iuris est, quod in notorijs non est necessaria

cessaria accusatio vel de nuntia. vel inquisitio, vel exceptio, de quibus dictum: nec etiam testes, vel aliæ probationes, vt ex. de accu. c. euidentiam, extra. de cohabi. cle. & mulie. c. tua. 2 q 1. c. manifesta &. c de manifesta &, c scelus. C. de accus. l. ea quidem. Nec debet in eis libellus recipi, nec causæ cognitio adhiberi, ex. de filijs presby. c. quoniam.

Verum tamen in ijs ordo seruatur iudicarius, vt probatur in d. c. ad nostram. Debet itaq; reus citari & interrogari, & eo præsente vel contumaciter absente debet sententia promulgari, arg. d. c. de manifesta. ex. de cohabit. cle. & mul. c. sicut ad extirpandas, & ex. diuor. c. Porro.

Quod si non citetur, sententia non valebit, secundum aliquos, ex. de const. c. ecclesia. ff. quæ sententiæ sine appellatio. resc. l. 1. para. eodem.

Citatus vero in notorijs si non veniat, potest procedi contra eum, ex. de cle. non res. c. ex parte & duob. sequen. Vide Spe.

¶ Crimen autem alicuius esse notorium, si id negetur, iudex sciet per facti euidentiam, si est illius loci habitator.

Quod verũ intelligo, si fiat in conspectu eius pro tribunali sedentis, & non alias, vt inf. de notorio dicemus.

Vel si ei fides fiat per duos vel plures testes notorium esse. Nam & duo probant famam, ext. de test. c. cum literis, & de accus. c. inquisitionis, para. fi. Et per duos probatur quod septem interfuerunt C. de bo. poss. l. bonorum. Et quod tres subscripserunt, C. de fid. instru. l. comparationes.

Et quod duo probent aliquid esse notorium probatur. ff. qui satisd. cog. l. Si vero. para. pro quo rei qualitate, & de elect. c. bonæ.

Et ad

Et aduerte, quod si aliquid negetur esse notorium, semper probandum est notorium esse, arg. d. l. Si vero. para. fi.

Et hoc in absentia partis fieri potest, arg. ex. de appell. c. interposita. para. fi. quo facto admittuntur probationes super principali. Vide latius Speculatorem.

¶ Ad prædictorum clariorem doctrinam qd inter famam, rumorem, manifestum, omnino occultum, pene occultū, & notorium interest, subijciemus.

FAMA est illæsæ dignitatis status vita & moribus comprobatus, ff. de variis & extraordi. cog. l. cognitionum. para. æstimatio.

Et qui hanc negligit, crudelis est, 12 q 1. c. nolo Vnde apostolus: Expedit (inqt) magis mori, quā vt gloriam meam quis euacuet, 13 q 3. c. non sunt audiendi.

Et habet locum hęc descriptio in bona fama: plerumque tamen sumitur etiam fama pro infamia. Vnde potest aliter describi, vt vtrumq; comprehendat, nempe: Fama est vehemens vulgi seu maioris partis eius opinio, rei de qua quæritur, cōsentiens.

Et procedit fama quandoq; ex scientia, quādoq; ex suspitione, quandoq; ex certo, quandoq; ex incerto authore, & quandoq; ex dicto vnius, ex. de. præsumpt. c. cum in iuuentute.

Proprie tamen fama ex incerto authore procedit, & ex sola suspitione: & in hoc differt a manifesto.

Et per se fama non probat: sicut nec suspitio, a q 1. c. nomen.

Si concurrat cum vno teste, bene probat, arg.ex.de proba.c.sicut,C.de rebus, cred.l.in bonæ.Vide latius Spe.

RVMOR est peculiaris assertio ex incerto authore,& sola suspitione proueniens,extr.de eo qui cog,cõsag.vxo.suæ.c.super eo. Et minus probat quam fama.

Nam fama est communis vicinitæ acclamatio.Rumor est,cum pauci aliquid,non tamen publice dicunt.

MANIFESTVM est publica seu famosa proclamatio ex certa scientia & a certis authoribus proueniens.

Et potest manifestum probari per multos authores,non tamen per tot vt fiat notorium.Vide plenius Speculatorem.

Occultum omnino est quod nulla potest ratione probari,ex.de eccles.benefi.c.vt nostrũ. Occulta enim soli deo reseruãtur. 2 q 5.c. cõsuluisti vers. Spontanea.

PENE occultum dicitur, quod p paucos probari potest,& ideo dicitur pene,id est, quasi occultum,quia id pauci sciunt,puta duo vel tres: ita tamen quod probari possit,vel etiam quinq;.

Nam secretum dicitur quod fit in præsentia quinq;,de pœniten.distin.1.para.hæc ergo secreta vers.non sunt.

¶Notorium triplex est.

1 Præsumptionis, & est iuris euidentia vehementer præsumpta ,vt paternitas & filiatio.

Vnde

Vnde si vir & vxor aliquem infantem nutriant vt filium, & vocant eum filium, præsumitur eorum filius esse, ex. de probatio. c. per tuas, & qui fil, sint legitim. c. trāsmiss.

2 Iuris, & est de quo quis condemnatur, vel iure confessus est. ff. de statu homi. l. ingenium, extra de verb. sig. c. cum olim.

Dummodo confitens in confessione perseueret, aliter non. ff. de quæstio. l 1. para. quæstioni.

3 Facti, & est illud crimen, in quo fama publica suum præbet adminiculum, & ipsa rei euidentia protestatur, ita se exhibens omnium hominum vel maioris partis alicuius loci conspectui, vt nulla possit tergiuersatione celari, extr. de cohabi. cle. & mulie. c. tua, & c vestra, & c fi.

Et hoc notorium tribus modis comprehenditur, sc3, ex qualitate loci: quia fit in loco publico. Ex multitudine præsentium. Et ex temporis qualitate, quia fit in die, &c.

Vide latius Spe. li. 3. par. 1. ti. de noto. crimin.

¶ De abolitione & purgatione.

VISO de criminibus qualiter & quibus modis de eis agatur, recte restat videre qualiter ipsa aboleantur & purgentur. Et primo de abolitione, & postea de purgatione.

¶ Quid sit abolitio, & quotuplex.

Abolitio est actionis institutæ peremptio vel absolutio. Et fit tribus modis.

Primo per principem sponte sua, & dicitur generalis.

Secundo

Secundo per accusatorem postulantem,& dicitur priuata seu specialis.

Tertio per mortem accusatoris vel accusati vel biennio transacti sine culpa accusatoris: & dicitur legalis.

De quo.ff.ad. S. C. Turpil. & de abolitio. l. Ad priuatim,& C.Si reus vel accus. mor. fuer. l 2. & l. defunctus. Sed nunc de his Specialius dicamus.

¶Abolitio triplex.

GENERALIS, quæ per solum principem fit:& hæc extinguit omnes accusationes, quo ad omnes,præterquam quo ad accusantē ,qui potest repetere accusatum intra 30.dies vtiles,computandos ab illo die quo generales abolitiones sunt finitæ.

Et fiet hæc repetitio eodē iure, quo prius accusabatur.

Et fit hæc generalis abolitio a principe ob multas causas, quandoq; ob diem insignem natalis sui vel filij, quādoq; ob rem prospere gestam, vt cum profligauerit hostes,quandoq; propter publicam gratulationem,vt quia voluit facere festum vt qlibet lætaretur, vel ob aliquam lætitiam, vel honorem diuinæ ædis.

Probantur hæc. C.de genera.abolit.l.cum eo tempore.ff.ad Turpili.l.Si quis repetere.l.si interueniente.

PRIVATA seu specialis est, quando accusator illam petit priuatim a principe , aut ab alio iudice qui habet cognitionem meri & mixti imperij.

Et hæc quandoq; conceditur, quandoq; denegatur:&ideo maxima causſæ cognitio interuenit.

Primo, quia delegari non potest.

Secundo cognoscitur, vtrum accusauerit extraneum, vel cognatum, & vtrum accusauerit vere, an per errorem, vel temeritatem, & an accusauerit pro sua iniuria vel suorum: vt quando accusauit cognatū concedatur tamē si accusatus iam passus est iniuriam illo concedente & consentiente dabitur & non aliter.

Si autem non sit passus, dabitur ei etiam illo inuito.

Et debet peti hæc abolitio intra 30. dies numerandos a die institutæ actionis, intra quos accusatus habet spacium ad componendos mœstos penates.

Post dies vero 30. non dabitur hæc specialis, nisi accusato volente.

¶ In his criminibus non datur hæc Specialis Abolitio.

1 Quando per corruptelam & fallaciter accusat, præterq̄ cognatos.

2 Quando testes suppositi sunt tormentis.

3 In violata maiestate.

4 In patria oppugnata, vel violata, vel prodita.

5 In crimine peculatus.

6 In castris desertis.

7 In crimine falsi, vbi ex vtraq; parte accetrima fit indagatio, in his non conceditur hæc specialis abolitio, C. de abolti. l. 1. 2. fi. Vide Spe.

LEGALIS est, quæ fit seu cōceditur a lege quādo accusator est mortuus vel aliqua iusta causa impeditus & ita quod in accusatione procedere non possit. ff. ad Turpili. l. ad priuatim.

Quo casu finita est accusatio, quo ad accusatum

fatum: non tamen ob hoc reus est liberatus, quin possit iterum ab alio accusari, 2 q 1. c. prohibentur vers. ab alio. C. si reus vel accusa. mor. fu. l 1. & l. defunctus, vt supra.

Sic ergo eximitur reus ab accusatiõe abolitio ne interueniẽte. d. l. Si interueniẽte. Nec accusator incidit in Turpilianum.

Et cum accusator mortuus vel iusta caussa impeditus fuerit, vel forte impetrauit specialem: tunc reus poterit ab alio accusari, intra 30 dies vtiles. Vide latius Spe.

¶Quid sit purgatio.

PVrgatio est de obiecto crimine innocentiæ ostensio, & est duplex.

1 Canonica, quæ fit per iuramentum. Et hæc approbatur.

Et nota, quod qualitercumq; contra aliquem actum sit, si non sit conuictus & confessus: & mala fama perdurat, monebit eum iudex primo seorsum, postea coram testibus, vt se purget.

Et si non fecerit, suspendat eum vsq; ad condignam satisfactionem, ex. eo. c. 2. & c. tuarum.

Forma autem purgationis hæc est, vt infamat⁹ iuret se immunem esse a crimine, super quo infamatur, extr. de purgatione cano. c. accepimus & c. constitutus.

Et cõpurgatorij iurabunt, se credere illũ vere iurasse, c. q̃tiẽs, & c cõstitutus, ex. de purgat. cano.

Aliter autẽ non debet deponere, ne subeat anceps periurium, ff. de in lit. iurando. l. videamus.

Numerum aũt compurgator. habes, 2 q 4 c. oĩbus. Sed hodie numer⁹ compurgato. arbitrarius est inspecta personę qualitate, & infamiæ quãtitate, c. cum in iuuentute, ex. de purg. cano.

Nam in purgatione iudican. ſicut & in pœnis imponendis quatuor ſunt cõſideranda per iudicẽ, nempe ꝓſona, cauſſa, locus, & tempus, vt c. fi. ex: de tranſact. ibi textus & gloſ. Vide Spe.

2 Vulgaris, q̃ vulgus diabolico inſtinctu inuenit, hęc fit per ferrum candẽs, duellum, aquam bullientem, & cæ.

Et hæc reprobatur. c. ex tuarũ ex. de pur. cano. & ex. de pur. vulgaribus per to. 2 q 4. c. cõſuluiſti. & c. monomachia, & c. Me.

¶ Triplex ratio quare vulgaris prohibita ſit purgatio.

1 Quod inuenta ſit diabolico inſtinctu & inuidia fabricante, d. c Me.

2 Quod deus in ea tentari videatur, c. vlt. ext. de purg. vulg.

3 Quod per eam ſæpe innocens condemnatur c. ſignificantibus, ex. de purg. vulg.

¶ Adnotationes.

Infamatus apud populũ debet ſe publice purgare. Si apud clerum, coram clero, & in vtroq; caſu coram iudice, 23 diſt. c. illud, 2 q 4. c. preſbyter. c omnibus.

Priuſquam recipitur infamati purgatio, denunciari debet publice: vt q voluerit accuſare, procedat intra certum tempus ſuperioris arbitrio moderandum, ex. qui ſi. ſint legit. c. lator, ex. qui matrimo. accuſ. poſſ. c. fi. Vide plenius Spe. Nobis hic oſtendiſſe ſufficiat.

EPITOMES ACTIONUM ſiue Iudiciorum,
FINIS.

ORATIO

DE ARTIBVS, FVTVRO iurisconsulto & necessarijs & fru giferis, comparandis.

ITEM

CONSI

LIVM DE COMPENDIA- ria discendi Iura Ciuilia, ratione.

Authore Christophoro Hegendorphino.

DE ARTIBVS.

PROTESTATIO ad lectorem.



LECTOREM CANDIDVM monitum volo, ne, si in oratione mea aliquando a me vel Accursium vel Bartholum perstringi, si modo perstringũtur, dum eorũ errores adeo manifestos profero, legerit, in animũ inducat credere me aut viris tantis nihil tribuere, aut illos indignos qui legantur, existimare: sed in eam potius partem accipiat lector volo, quod dum vel Accursij vel Bartholi errores, in quos bonarum literarũ insciția prolapsi sunt, bono sane animo ostendo, me partim Iuuentutem Iuris Ciuilis studiosam admonere velle, ne, cum hoc seculo bonas literas sine omni negotio comparare possit, earum neglectu in legibus eadẽ sæpe chorda & cũ Accursio & Bartholo oberret. Partim ne adeo fidat interpretibus veteribus, quasi quicquid illi dixerint, oraculi vice adorandum sit. Homines quidem iuris Ciuilis non imperiti fuerũt: sed hoẽs tamen & bonarũ literarum, sine quibus Iuris Ciuilis studium infœliciter procedet, prorsus ignari. Proinde si quis eos legere cupit, iudicium & quidem exactum desiderant. Hæc protestari libuit, ne aliquis morosior, vno aut altero loco orationis meæ offensus, me omnes interpretes Iuris in ordinẽ cogere velle arbitretur.



THENIENSES pupuli Græcorum longe prudentissimi, eum, qui sciens erranti viam non mõstraret, e numero ciuium eijcere solebant. Etenim videbant homines summa sapientia præditi, & quãti referat, viam eo quo contendas probe exploratam habere, & quanto minori compendio is, quo vult, perueniat: qui recta via incedat: quam qui deuius amnem: vt Plautus inquit: ad mare ducem sequatur. Et laudandi sane sunt: mea quidem sententia: Græci illi hoc nomine: quod ijs: qui iter ingressi per varia viarũ pericula: per tot discrimina rerũ grassantur, a suis popularibus itinerũ monstratione recte consultũ voluerint. Et adeo serio voluerint, vt ei qui non errãti viatori viam monstrasset, fraudi esset: at quanto magis laudibus, tantum non in cœlum ferendi hi, qui studiosos iuuenes incertis errãtes itineribus in rectam studiorum viam inducunt. Cum quod permagni refert, quam viam quis in studijs ab initio statim insistat. Tum quod citius ad eruditionẽ aliquam perueniunt, qui certos viæ studiorum duces sequantur, quam qui errabundi incertis vagãtur itineribus. Et, vt laude vel longe maxima digni sunt, viæ, quæ compendio ad studia perducit, monstratores: ita merito exterminandi, e bonorum hominum contubernio eijciendi erunt, qui & scientes & videntes errabundam Iuuentutem, non in veram studiorum viam reducunt, inuident enim Iuuentuti, & eam concepta de studijs spe ludificari sinunt, quando fieri non potest, vt Iuuentus aliquid precium operæ, aliqd insigne in

ſuis ſtudijs aut conſequatur, aut edat, niſi rectum iter ingreſſa ſit, id quod cum apud me non raro reputarem, nõ raro miratus ſum, quinã fieret, quod, cum iſto ſeculo Iuuentus adeo legum Ciuilium ſtudio ardeat, vt præter hæc ſtudia fere adamet nulla, tamen nemo exiſtat, qui ei viam certam monſtraret, quam ingreſſa in legibus Ciuilibus perdiſcendis, & facile & fœliciter progrediatur. Fugiunt plerique, vt mihi quidem videtur, laborẽ, qui hac in re ſubeundus eſt, plerique magnam odij flãmam ex iſto labore inducẽdi, Iuuentutem in compendiariam Iuris Ciuilis perdiſcendi viam, exorituram prouidentes, malunt Iuuentutem perpetuo errare, quam tanto odio conflagrare. Cæterum, quando, vt proximo recte cõſulatur, omnis labor deuorãdus, omnis inuidiæ tempeſtas ſubeũda eſt: ego cum alius prodeat nemo, nullum laborem pertæſus, nullum inuidiæ incẽdium pertimeſcẽs, quo prima diſcentium iuuentur ſtudia, in publicum venio, viam Iuuentuti meo iudicio eam monſtraturus, quæ compendio ad ſolidam legum Ciuilium eruditionem, perduxerit. Nec hic valde reformido virulentas quorundam obtrectationes, qui clamaturi ſunt, me eam alijs viam indicare quam ipſe nunquam ingreſſus ſum, fateor me nondũ eo progreſſum, vt in omni diſciplinarum genere inſigniter excellam. Obſtitit vero nõ ignauia, non adeo obtuſus circa præcordia ſanguis, ſed partim rei familiaris anguſtia, qua nõ raro fœliciſſima quæq; ingenia, tã pereunt, q̃ extrema faba, vt vulgo dici ſolet. Partim temporũ, quibus ego puer ſcholis operabar, calamitas. Nam dum ad humanitatẽ initiandus eẽm: Alexandri Gali, Petri Hiſpani, et huius monetæ authorũ nugis aures pſonabãt meæ.

Cæterũ,

Cæterꝝ. si quid τοῦ ὀξυμαθοῦς, vel ingeniū, quod mihi contigit mediocre, si quid diligentia & efficere & consequi potest, me non omnino nullam in bonis literis frugem feciſſe confiteor. Et, vt nihil aliud, hoc certe dei Optimi Maximi benignitate cōsecutus sum, vt q̄ via ad iuris Ciuilis studia, dextero Mercurio, pertractanda Iuueni incedendum sit, mediocriter perspectum habeam. Nec hic metuo eos, qui me, si in pleriſque a maiorum meorum, sententia & institutis diſceſſurus sum, sciolum quēdam & oculorum Cornicis, vt in proverbio est, confossorem esse traduxerint. Non per omnia, cur enim dissimulem? cum maioribus meis sensurus sum, sed quid tum? Notum est illud Ciceronis, te tua, me mea delectāt. Et si, vt quidā ex septem sapientum Græciæ numero dixit, vsqꝫ ad aras amicis concedendum est, quid mirum, si maioribus meis amicissimis hactenus assensero, qua tenus vera nō aliena affirmauerīt, adstruxerintqꝫ. Sed quid eos præfando, tam diu remoror? Quid in aduersariorum obiectionibus refellendis tā anxie occupor? Ego, quæ mihi ad legum Ciuilium studia properanti via videatur commodissima, libero quidem, sed vt me Christus amet, candido animo ostensurus sum, quæ si cui vestrum displicuerit, aliam ingrediatur, per me licebit. Et ne vos iam dudum viæ a me propositæ cupidos, diutius suspendam, hāc ego ad legum Ciuilium studia feliciter tractanda, optimam viam esse existimo, vt quis prius se bonarū literarum viatico instruat, q̄ iter discendi Iura Ciuilia capeſſat. Et ne qs vestrꝝ, optimi iuuenes, erret, bonas literas appello artes dicendi, cuiusmodi est Grammatica, Dialectica Rhetorica. Bonas artes voco, historiamꝫ iuxta Poe-

tices cognitionem. Bonas artes nomino Philoſophiæ partes, quarũ vna naturæ arcana indagat, altera mores ciuiles fingit. Deniq; bonas literas appello tam Græcæ, quam Latinæ literaturæ cognitionem, quæ hoc nomine bonæ literæ vocantur, quod cum alijs ſublimibus artium profeſſionibus, tum Iuriſprudentiæ adprime bono exiſtũt, idquod dum ſingulatim comprobaro, vos quęſo, vti cœpiſtis, benignas mihi dicenti p̃bete aures.

Principio, nemini veſtrũ, opinor, clam eſt Iuriſprudentiam hac gratia amplexandam, vt aliquando eos, qui in rerum ſuarum diſcrimen vocãtur, in rerum ſuarum poſſeſſione retineamus, pupillos oppreſſos ſubleuemus, viduis iniuria vexatis ſuccurramus. Denique, vt reſpubli. ſeditionibus inteſtinis laborantes, in concordiam mutuam redigamus, conſiliorum inopes prudentia noſtra iuxta conſilijs noſtris ex Iuriſprudentium fontibus hauſtis expediamus. Non enim fruſtra apud Ciceronem *Mutij Scæuolæ Iuriſprudentiſſimi domus, oraculum ciuitatis fuiſſe dicitur*, quod ciuitas ex ore Iuriſconſultorum non ſecus, ac ex Deorum oraculis, rerum omnium ſuarum, cum remedia, tum iuſta petere & debeat & poſſit. Nec, vt mihi videtur, fruſtra, Imperator Iuſtinianus in hoc operam iure diſcendo dandam hortatur vt aliqñ Rempublicam gubernare poſſimus: vt vero is, q̃ iuri operam nauauit, tam priuatis quam publicis hoĩm rebus recte, & prudẽter conſulere queat, rõne opus eſt, qua id quod aĩo & ſentit & intelligit, emendate, ſplẽdide, diſerte eloqui valeat, vt hi qui adſunt, intelligãt, quid ſibi velit, q̃ dicit, vt cupide audiant, vt fidẽ faciat ijs, q̃ dicit. Vt emendate dicat, Grãmatica remedio fuerit, vt quæ nihil aliud

eſt,

est, quam emendate & aperte loquendi scientia. Vt splendide dicat: Rhetorica docebit, quæ phaleras orationis, cultumq; & omnes inescendarum aurium illecebras, commonstrat. Diserte vero & distincte differendi architectrix dialectica existit. Notum enim est, quomodo dialecticam finiat Cicero, nempe eam differendi ratione esse. Quid vero aliud est differere, quam ordine & distincte de aliqua re dicere? Compendio igitur ad Ius Ciuile tendit, qui in his tribus disciplinis, Grammatica, Rhetorica, Dialectica, & bene & fortiter præludit. Sed agite altius: & vt dixi, singulatim repetamus, quam compendiosam ad parādam iuris Ciuilis cognitionem, viam præmuniat sibi is, qui in iam dictis artibus multum ponit operæ. De Grāmatica quidem quid multa commemorem? quū res ipsa doceat Iurisconsultum existere posse nemi nem: qui non & emendate, et proprie loquendi sci entiam teneat. Quomodo enim de iure consultus respondebit is, qui quomodo id quod animo concepit, pure & proprie eloquatur, prorsus ignorat. Tum, qui nam consultor eum quid dicat, intellexerit: cui os adeo barbarismis ac Solœcismis scatet, vt mirum sit si seipsum intelligat. In cōsilijs latere, vt in prouerbio ē, lauerit iurisconsultus, nisi apto qd cōsilij in aio habeat, verbis exprimat. In publicis cōcionibus furere existimabit, q multa qui dē verba profundit, sed adeo obscure, vt vix sortes delphicæ obscuriora dixerit. Quid i legū interptatiōe efficiet iurisconsult⁹, q sermonē oīb⁹ vitijs scatentē effundēs rudere poti⁹, q̄ log videbit. Breuiter frigebit in oībus rebus iuris pitus, apta illa et emēdata loquendi rōne, quam Grammatica docet, destitutus. Adhæc, Grammaticam, hoc ē, puram &

ram & propriam loquendi rationem a Iurisconsulto exigi, & illud arguit, quod in Iure Ciuili tam crebro vocum Etymologiæ enodantur.

Quid vero aliud est Etymologia, quam Grãmatica vocum expositio? in L. ij. ff. si certum petat. Mutuum inquit Iurisconsultus dicit, quia de meo fit tuũ, in L. prima. ff. de Testamentis. Testamentum, inquit Iurisconsultus, est dictum quasi testatio mentis. Grammaticam a Iurisconsulto requiri declarat titulus Pandectarum de rerum & verborum significatione, in quo aliud tractatur nihil nisi quod voces legibus Ciuilibus peculiares, ita vt Grammatici facere solent, exponuntur. Porro quod Pedius Iurisconsultus in L. Lanionis. ff. de fundo instructo memorię prodidit, optimum non propriam, hoc est, vt ego interpretor, Grammaticam verborũ significationem scrutari, sed potius quid testator voluerit sequi, non profecto eo, quo plerique barbari sermonis patroni, obliquo collo abripiunt, tendit, quod nihil referat q̃bus verbis Iurisconsultus vtatur. Nec interesse proprietatẽ ne sermonis dicendo tueatur, an impropríe, & vtut in buccã venerit loquatur, sed si Pedij verba pensitẽtur de testatore, intelligemus, q̃ cũ aliqñ aliud sensisse videtur, q̃ verbis expresserit, nõ tã anxie verba rimãda esse: q̃ sniam eius seq̃ndã. At vero ridiculũ est: quod testatori in vltima voluntate: q̃ præter cætera pluribus prærogatiuis gauderet, concedit ad Iurisconsultorũ sermonẽ traducere. Quid quod nec in testamento a propria verborũ significatiõe recedendũ est: nisi liquido constet aliter sensisse testatorẽ. L. nõ aliter in Pandectis de Legatis 3. Viderit igit Bartol⁹: viderit plericq; alij: q̃ ex l. Lanionis suæ Barbariei; & Acyrologias in loq̃ndo patrociniũ

trocinio q̄rūt. Et de grāmatica q̄dē q̄d iurisconsul
to & necessaria sit, & ab eo exigatur, satis dictū
est. Venio ad Rhetoricam, quæ non minus q̄ Grā
matica, ei qui iuri ciuili discendo destinatus est, vt
necessaria ita oppido frugifera fuerit. Nemo non
nr̄m, sat scio, iuri ideo operam nauat, vt aliquan
do in iudicijs versans, & accusare improbos, &
defendere probos, tū si res ita ferat, postulare pos-
sit, aut si hæc sordida & humilia videantur, in vt
be quadam publicum munus gerēs subditis, quæ
salutaria sunt suadere, quæ noxia dissuadere que-
at. Aut si nec hoc cordi sit, vt tandem in principū
aulis regnet. At vnde quæso melius vnde rectius
accusandi, defendendi, postulandi, suadendi, dis-
suadendi, consilia principibus dandi rationes per
didicerit, quam a Rhetorica, quæ tota in hoc sita
est, vt ea quæ iam recensui, accurate tradat. Id q̄d
tam verum esse, quam Apollinis oraculum exi-
stit, audite paucis: In quacunq; causa quam actu
rus es, initio quodam vtaris oportet, quo, si accu-
sator existis, reo iudicē iratū facias: si defensor, iu-
dicem ad beneuolentiam deflectas, quod si neutri
us horum officio fungaris, aliquo tamen exordio
lo in causam ingrediaris necessum est. Vnde vero
melius exordiorum rationes hauseris, quā ex Rhe
torices libris, qui ex instituto in hoc scripti sunt, vt
ex illis quicquid ad recte beneq; dicendum condu
cit, perdiscamus. Narraturus es causam tuam, er
ras si aliunde quam e Rhetorices præceptis narrā
di lucem, breuitatem, probabilitatem petas. Pro
positurus es id quod argumentis confices, vel vt
iurisconsulti loquuntur, litem contestaturus es, id
multo omnium feliciſſime feceris, si Rhetorū præ
cepta hac de re calleas. Probare vis, id q̄d propo-

suisti

fuisti, refellere cupis ea quæ pro se aduersarius tuus attulit, toto, quod aiunt, cœlo erras, si non ex Rhetorices præceptiõibus ea q̃ vel causæ tuæ prodesse possunt, vel aduersariorum argumenta refutare, te deprompturum putaueris. Quid commemorẽ illud, q̃d si vel testes productus sis, vel dicta testium infirmare, vel in testes ipsos orationis mucronem intendere velis, te ex nullis alijs libris efficacius, &, vt Græci dicunt ἀκριβολογώτερον hæc p̃stare posse, quam ex Rhetorices monumentis, nemo opinor negauerit. Et vtinam iuuentus in eam sententiam adduci posset, vt animũ induceret credere ea quæ in Ciceronis, quæ in Fabij de Rhetorica libris, memorię prodita sunt, ad vsum forensem vehementer conferre: non dubito, quin in illorum libros diligentius incumberet, nec illis prætermissis ad iuris studia, πονὶν, ὡς φασὶ, ἀνυπόπτον irrumperet. Sed quando ad epistolas tantum conscribendas ad theatralem declamandi vsum, ea quæ de Rhetorica vel Cicero vel Fabius scripsit, literis mandata esse sibi persuadet, illa fere, vti fit dum verum vsum ignoramus, contemnit, putãs ea ad solum scholarum vsum in libros relata existere. Cæterum quibus præceptionibus adiutus Hortẽsius, Crassus, Celius, denicq; Cicero, & alij oratores quondam clarissimi, causas non inferiores ijs, quæ hoc nostro seculo vsu venire possunt, tanta omnium aggratulatione, tanto omnium applausu egerũt? Nullis sane alijs præceptionibus quam his quæ ad nos posteros monumentis prorogatæ sunt. Et vt maxima aliqua in nostris iudicijs (de præceptionibus loquor) a veterum in causis agendis consuetudine variant, tamen magna & bona ex parte nõ tam ouum ouo simile est, quam ratio

qua

quâ nos in causis agendis vtimur, rationi veterũ similis exiſtit. Id quod verum esse, argumẽto sunt adhuc rapsodiæ illæ exemplorum agendi causas, vel vt noſtrates loquuntur, libelli inſtituendi formulæ, iuxta Rhetorica in Germanam linguã trãſfuſa, quæ Rhetorum in arte dicendi præceptiones nonnihil quidem, ſed mire infeliciter referunt, nam quando verum eſt illud Martialis. Multum crede mihi refert a fonte bibatur. Qui fluit, an pigro quæ ſtupet vnda lacu. Melius ergo melius illæ quæ & ad agendas cauſas & ad dicendum faciunt, formulæ ex puris Rherorum fontibus deriuantur, quam e ſordidis formulariorum lacunis, Nec omnino infeliciter poſſem oſtendere eas, quæ iam in foro receptæ ſunt, agẽdarum cauſarum rationes, cum Rhetorum præceptis parum admodum diſſidere, niſi id & paucis a me fieri non poſſet, & cum nõ paruo tædio coniunctum esse videretur. Quod ſi deus Opti. Maxi. & vitam nobis prorogauerit, & ſtudia noſtra, vti ſperamus, inſtituta fortunauerit, iuſto quodam volumine cõmonſtrabimus, illas de agendis, a pragmaticis ne ſcio quibus & conſcriptas, & velut per manum traditas formulas cum Ciceronis, tum Fabrj de arte Rhetorica præceptionibus, non admodum diſcrepare. In præſentia ſatis ſit, me paucis oſtendiſſe, quam compẽdiaria via ad vſum forenſem, qui a pleriſque legum ſtudioſis vnice expetitur, exiſtat, in Rhetorum præceptionibus multum & diligenter deſudaſſe. Præterea futurus iuriſconſultus cauſam quã agendam ſuſcepit, ita eloquatur oportet, vt ij q audiunt & admiratione & voluptate capiantur. Siquidem niſi hæc oratione ſua iuriſconſultus põſtet, & inſuauis erit, & tædio auditorum

ditorum animos enecabit. Vt vero admirationi
sit, vt demulceat auditorum aures, præcepta elo-
cutiõis a veteribus Rhetoribꝰ tradita, effecerint.
Etenim inde ea, quæ ad illustrandam orationem,
quæ ad deliniendas hominum mentes faciunt, ve
luti e Copiæ cornu depromet. Sub hæc cum & cõ
positio orationis iurisconsulto obseruanda sit, vt
cum maxime, quid de illa in formulariorum cen
tonibus dignum lectu conscriptum extet, non vi
deo. E Rhetorum igitur monumẽtis cõpositionis
or̃onis p̃cepta petẽda erũt: vt vero petat, ipsa co-
gít necessitas. Da em̃ mihi quẽlibet iurisperitũ, da
quẽlibet in agẽdis causis exercitatũ, is, nisi vt mẽ
bra in corpore cõnexa hærent, ita or̃onis quoque
suæ membra coniunxerit, gratiam merebitur nul
lam, imo velut insanus exibilabitur, explodetur,
nec iniuria. Quis enim non exibilet, quis non ex-
plodat eum, qui inter dicendum, adeo solœcismis
omnia confundat, hyperbatis omnia perturbet,
verborum traiectionibus omnia obscuret, adeo si
ne periodorum cura omnia consarcinet, vt neque
quid dicat, neque quod primum, nec quod vltimũ
sit, vel in iudicandis scriptis naris emunctissimæ
homo olfaciat? Audiui ego non raro iurisconsul-
tos a caussa excidisse, quod compositiõis in caus-
sa proponenda, veluti Megarensium, vt Græci di
cunt, nullum respectum habuissent, habendam
autem esse iurisconsulto compositionis rationem
& argumentis e iure deriuatis comprobare pos-
sum. l. prima. C. de executione rei iudicatæ, tradit
etiam atq; etiam prospiciendum, ne vt plericq; ve
stem inuertunt, ita ordo petendi in libello (sic em̃
vulgo vocatur actio forensis) inuertatur, vt prius
petatur sententiæ satisfieri, quã ea sit lata in l. pre-
cibus

cibus C.de impuberum & aliorum ſubſtitutionibus in l. vt reſponſum C.de tranſactionibus, monentur cauſidici ne libelli peroratio facti narratio nem procedat, quæ omnia ſatis declarant iuriſcõ ſulto compoſitionem orationis obſeruandam vt quod maxime. Iactatur & illud inter iuriſconſultos, libellum non vagum, non obſcurum eſſe debere. Sed quomodo cauſidicus id effugere poterit? qui nullis compoſitionis præceptionibus ex Rhetorum ſcholis inſtructus, in forum prorũpit? An vero aliquis iter factutus, nullis viarum erroribus implicari valet, qui a nemine vias illuc quo cotendit ducentes perdidicerit? Nemo opinor hoc dixerit. Non igitur is, quiſquis tandem eſt, cauſidicus in actionibus inſtituendis, velut noſtrates loquuntur in libellis formandis, non extra cauſæ limites euagari, &, vt in prouerbio eſt, ὑπὲρ θῶ κεχυμένης, ὑπὲρ πηδᾶν non poteſt, ſi nullis Rhetorũ de compoſitione orationis præceptis adiutus quo cunque eum defert mentis tempeſtas, defertur. At qui nam poteſt is actionem ſuam & illuſtrare, & perſpicuam reddere qui ſine ordine omnia quæcũque impetus quidam ſuggeſſerit, citra delectũ effundit. Opinor optimi auditores, ſatis ſuperq; manifeſtum eſſe, quam & elocutionis & compoſitionis præcepta ei, qui aliquando iure vſurus ſit, prodeſſe queant. Porro nec illud iuris candidato omittendum erit, vt id quod iã q̃ potuit aptiſſime elocutus eſt, & diligentiſſime digeſſit, cum grauitate quadam pronuntiet. Vita enim orationis, pronuntiatio eſt, adeo vt oratio quamuis elegans, quantumuis ordine ſuo diſpoſita, iaceat, niſi pronuntiatione extollatur. Hinc eſt opinor, quod Demoſthe-

m

mosthenes interrogatus, quid primum, quid secundum, quid tertium in eloquentia esset, pronunciationem esse affirmauit. Et cum iurisperitis non raro et ad populum, senatum, principes, reges verba facienda sint, turpiter se dabit si non pronunciādi rationem certam teneat: nec vero tenere potest, si non vel Ciceronis hac de re accuratissime scriptos libros, vel Fabij hac de re copiosissime scripta monumēta tantū non contriuerit. Denicq, vt Crassus apud Ciceronem memoriā in oratore, ita et nos in iurisconsulto requirimus. Nā vt illi turpe quondam erat, e commentarijs dicere, ita nec huic honorificū futurū est, e breuiarijs causas suas agere. Taceo hic, quod siue quis actoris siue rei partes tueatur, subinde quæ ab alterutro eorū dicuntur, memoriæ infigenda sunt, vt ordine quo dicta sunt referre queat. At nullis melioribus rationibus iurisconsultus memoriā iuuare potest (nisi forsitan memoria a natura ei cōcessa sit, cui hac in re præceptis non admodum opus est) quam ijs quibus Cicero & Fabius iuuandā præmonstrant. Quis iam optimi auditores non intelligit, quam compendiariam viam, Rhetorices præcepta probe perspecta, ad iuris ciuilis studia præmuniant. Nec vobis imponant isti vt omnium bonarū artium ita Rhetorices hostes acerrimi, qui hæc, q̄ iā ex Rhetorum scriptis petenda esse dixi, e nescio q̄bus Rhetoricis Germanice scriptis depromi posse obganniuerint, homines istos valere sinite, qui quum rectam, & quæ compendio ad iuris Ciuilis studia perducit, viā ingressi sunt nunq̄, omnes alios in eosdem viarum Meandros inducere conantur. Sed de Rhetorica satis, ad dialecticam oratio

mea

mea dirigenda est, quæ quum omnium literarum studiosis, tū maxime iuris cādidato frugifera existat, me attētis, vti cœpistis, auribus audite. Prīo oim vix crediderim oēs vos q̄tq̄t iurisprudentiæ studijs initiari cupitis, hoc noie initiari, vt tm̄ in foro volitātes etiam frusto panis, vti vel dicatis vel taceatis cōducemini. Id quod quam sordidum & fuerit olim, illud poetæ liquido monstrant. Turpe reos empta miseros defendere ligna. Quod faciat magnas turpe tribunal opes. Et Dinus, vt erat eiꝰ seculo hominum captus, interpres non vulgaris in regula, Infamibus, de regulis iuris ī sexto. Eorum qui foro adfixi sunt & quantalibet data mercedula linguam prostituunt, abiectissimam sortem eī sescribit. Non opinor hac gratia solum in ius ciuile incumbitis, vt tandem in principum, regumq̄ aulis regnetis, quando (vt in prouerbio est) paucis adeo contingit adire Corinthū. Hoc vero, vt mea fert opinio, nemo non vestrum expetit, & nemini non vestrum, si modo ingenio mediocri vigeat, eruditione polleat, obtingere potest: vt ius Ciuile quod docere, vt inquit Cicero, semper honestum fuit, aut in publico profiteatur, vt priuatim cōsultus edoceat. At vt & feliciter & dextre illū vel publice vel priuatim edoceat, dialectica sola opitulabitur, vt quæ methodū quandā docendi certissimā p̄monstrat. Nimirꝝ vt res de q̄ dicendū sit, primū certa finitione explicet. Deinde, si multiplex existat, vt aut in suas partes distribuat aut in species diducatur. Ad hæc vt officia vel quomō Aristoteles vocat, τὰ ἴδια & partium & specierū ostē dantur, tum in qbus distributa & diuisa vel cōueniant vel pugnent, aperiantur. Denicꝝ cum & res

ex suis causis probe perspiciantur, & in intellectū incurrāt, dialectica & rerum causas quibus & iurisconsulti, vel Cicerone in Topicis teste, vti consueuere, auditoribus enodari iubet, qua docēdi ratione, quid melius, quid exactius vel dici vel excogitari potest? siquidem hoc modo fit, vt rei, quę nobis caliginem ob mentis oculos offundit, naturam & vim totam certissime & clarissime cernamus: & hinc est opinor, quod Aristoteles illam de qua iam dixi docendi ratione τὴν ἀποδεικτικὴν vocat, quod vix vllus geometer suas apodixes, vti vocant, certissimas quasque euidentius oculis exponere potest, quam illa dialectica docendi methodus rerum, vt de quibus disseritur, vim & naturam, partes, officia ob oculos ponit. Extant huius docendi rationis non parum multa exempla in illis pandectarum centonibus, quos Iustinianus noster iuris ciuilis instaurator, vel vt mihi videt, abbreuiator potius, ex septem & triginta iurisconsultorum verbis consarcinari procurauit. Quoties enim finitionibus ex propriis vere constātibus voces explicantur, quoties voces πολύσημους diuiduntur, quoties partium concordia iuxta discordiam ostenditur, quoties causæ rerum euoluuntur? ex quibus omnibus res quæ disputatur adeo intelligibilis redditur vt Strepsiade illo Aristophanico indocilior sit oportet, q eā nō capiat, nō intelligat. Econtrario si illa dialectica apodixis inter docendū nō adhibetur, fit, vt ea quæ natura perspicua sunt obscura videantur, & quæ quis optime intelligit, nunquam tamen vt alij intelligāt, efficere possit, tum quod lōge omnium molestissimum est, omisso didactico genere, sæpe ea adferūtur, quæ vt in

Græ-

corum prouerbio est, neq; cœlum, neq; terram attingunt. Hinc est, quod plerique iuris interpretes, tã confusanea & tumultuaria glossemata pulcherrimis Pandectarum libris illiuerunt, in quibus, etiã si rumparis, quid primum, quid vltimum sit, non reperies, dum enim deserta vel potius ignorata illa quam Dialectica præscribit, docendi ratione qsque vt argutus aut ingeniosus videretur, aut potius chartarum iacturam faceret, suum quoddam docendi institutum secutus est, contigit, vt cum multa præclara legibus sint constituta, ea iurisconsultorum ingenijs pleraque corrupta ac deprauata habeantur. Nec vero in hac re exemplis admodum opus esse existimo, consule interpretes, quos prius peperit seculum, & plena exemplis erunt omnia. Et hactenus quidem docuimus Dialecticam ad docenda iura & priuatim & publice plurimum emolumenti suppeditare, vt quæ certissimam quandam docendi regulam & gnomona præmonstret, Quod si vero non aut in publico ius exponas, aut priuatim consultus iuris nodos enodes, sed vel in foro iudicum perreptas sub sellia, vel principi cõsilio præsto adesse cupis. Deus bone, quanta tibi, & ad agendum causas & ad consilia dãda fenestra aperta erit, si illud dialecticum docendi filum sequaris. Sic enim futurum est, vt iudex causam quam agis, intellectu comprehẽdat, intellectu comprehensam, memoria complectatur, memoria complexam secum quam accuratissime expendat, et vbi expenderit, sententiam iustam ferat. In cõsilijs, illa dialectica apodixis effecerit, vt qd aut suadeas aut dissuadeas sciri possit, & vbi quid velis constiterit, huc illuc calculis motis et subductis rationibus, quod optimum est,

atripiatur. Præterea cum iurisconsulto id q̃d proposuit argumẽtis cõfirmandũ sit, argumẽta tenere qui poterit, si locos Dialecticos in quibus argumenta non aliter latent, atq; in conchis gemmæ, probe perspectos habet, vnde Antonius apud Ciceronẽ, his qui de re aliqua dicere volũt, locos istos dialecticorum adeo penitus cognitos esse vult, vt quẽadmodũ scribentibus vltro se literæ offerunt, nec diu in aliquo cõmentario figuræ literaꝝ quæruntur, ita efficiẽdũ esse vt hi loci, quos dialectica mõstrat, vltro nec procul quæsiti in oculos incurrant, q; statim moneant & ostendãt, quid de re maxime aut quæri aut dici oporteat. Ad hæc q̃ isti loci iurisconsulto necessarij sint, Trebatius iurisconsultus declarauit, q; cum se sine istoꝝ locoꝝ cognitione iurisconsulti partes tueri nõ posse, prouidisset: Ciceronẽ etiã atq; etiã rogauit, vt hac de re, aliqd in eius gratiã scriberet. Quid cõmemorẽ quod & Baldus inter interpretes iuris nõ in postremã classem reiiciendus, de locis aliquid ab se scriptũ reliqt in. l. conuẽticula. C. de episcopis & clericis. Nec feciſſet vir ille nisi locoꝝ cognitionẽ adeo necessariam iurisconsulto prospexisset. Et vt ad nostram ætatẽ veniam, Claudius Cantiuncula iurisconsultorum nostri seculi magnum ornamentum, & ipe qua est prudentia vir, prouidens, locorum cognitione opus esse ijs, qui iurisconsulti esse velint, librum de locis elegantissimum, & quod Græci dicere solent, plane lac Veneris spirantem, legum studiosis legendum propinauit. His authoribus opinor, vt maxime ipsa res moneat doceatq;, facile fidem fecero locorum dialecticorum cognitionẽ adeo iurisconsulto ad q̃libet causſam tractãdã necessariam existere, vt vix aqua & ignis, rerum huma-

humanarum vsibus tam necessaria sint: eloquar an sileam, quod iurisconsultus in aduersariorꝝ argumentis retundendis, laterē, vt dici solet, loturus sit, nisi dialecticæ gnarus existat. Hac enim instructus ceu instrumento quodā, qd verꝝ quid falsum sit, dinoscet, ambigua deprehendet, contraria expromet, minus consequentia, minus cohærentia, ostendet, absurda & nō cōcludētia reiiciet. Denicꝫ argumenta in se torta veluti hasta in manu posita retorquebit. Taceo hic qd iurisconsultus nunquam fortiter & ἀμφικτικῶς concludere καὶ ἀλύγχειν poterit, nisi argumētationū quas dialecticorꝝ officina procudit, tam exploratas habuerit, q̄ suos ipsius vngues. Docet alicubi Bartholus in libello instituēdo eam seruandā esse rationē, q̄ dialectica in syllogismis seruandā doceat. Nimirꝝ vt narratio facti, vi cē maioris propositiōis defungatur, deinde adiicitur medium, qđ causſam indicet, ob q̄ petitio siue conclusio libelli vero cōsentanea sit, id qđ vt iuuē tus intelligat, exēplo vnico cōprobabimus. Exemplum sit hoc: Narratur, qđ Ebutius Cecinnam de fundo suo deiecerit, ecce narrationē, sed nemo de re sua deiciendus est: ecce mediū, quod efficit, vt petitio probabilis sit. Ergo petit Cecinna se in fundum a quo deiectus est, restitui, & Ebutium de vi te mere illata condemnari. Ecquis vero hac ratione libellū instituere poterit? qui non e Dialecticorum libris, quid maior propositio, quid medium sit, quomodo ex duabus propositionibus conclusio effici possit, prędidicerit? Relata sunt in iurisconsultorum literas multa de probationibus cōcludentibus & non concludentibus. Extant multa de præsumptionibus, quæ oīa si dialectices gnarus sis &

rectius intelliges, & fœlicius vsurpabis. Siquidem dialectica ductus quidam est rationis, quo se consequentia & non consequentia comprehendimus Quid quod cognitio locorū dialecticorum, ratio refutandi, scientia contexendi argumentationum species, nō tantū ei qui vel forensibus actionibus distringit̄, vel alijs a consilio est, vsui erunt, sed ad hoc etiā profuerint, vt si qs in legibus versetur, argumēta qbus lex vel firmat̄, vel infirmat̄ eruere eruta & ipse obseruare, & alijs ostendere poterit, quibus ostensis aliquando lex aliqua melius illustratur, quam si alios super alios interpretum commētarios coaceruemus. Tum si quis interpretum iuris scholia indagare vult & in dialecticis locis detritus est, & ratiocinationum formas tenet, sine omni negotio, vbi vero consentanea, vbi vero aliena dixerint, qd efficiatur e quolibet, quid cuiq; consequens sit, quid in interpretibus sequendum, quid surda aure prætereūdum fuerit, deprehendet. Et quod iamdudum me dicere oportuerat, e dialectices cognitiōe discemus, quid genus, qd species quid proprium, quid accidens, quæ eo faciunt, partim vt voces angustiores a minus angustis cognoscamus, partim ne in rerum diuisionibus hallucinemur, existimantes aliquid in species diuidi, quod secundum magis & minus distribuitur. An non vero Bartholus insigniter lapsus est, in. L. quod Neruа. ff. depositi, cum culpam in latissimam, latiorē leuem & leuissimam, tanquam in quinque species diuidit, cum præter dialectices iudicium communis etiam sensus doceat ea quæ secundum magis & minus diuiduntur, non species diuersas constituere, nisi forte dum dicimus animal hoc sagax, illud sagacius, tertium longe sagacissimum, animal

mal hac ratiõe in certas ſpecies diuidi. Aut, vt exemplum aliud adferã, niſi adſtruere velimus, hoc bonum, illud optimum eſt, etiam in ſpecies eſſe factam diſtributionem. Poſſem & aliorum interpretum errores referre, qui dum aut non perpendunt, aut forſitan ignorant quinque vocum rationes, in rerum diuiſionibus turpiſſime labũtur: ſed monendi gratia, vnum ex Bartholo exemplum attuliſſe ſatis, vt reor, fuerit. Prætereo hic rationes finiendi, iudicandi de diffinitionibus, q̃ quoq; niſi ex Dialectices penu, aliunde depromi non poſſunt. Sed modus orationi ſit, ſed ſufficiãt hæc quæ iam commemoraui, e qbus nemo non, niſi prorſus caudice ſtolidior ſit, haud dubie facile dialecticam & neceſſariam & vtilem iuriſconſulto eſſe, percepe rit. Quod ſi hæc argumenta, quæ iam attulimus alicui moroſo & ἀντιβίῳ non faciũt ſatis, huic Cicero cuius tanta eſt authoritas, vt quod Pythagoricis ἀνὴρ ἔφα erat, hoc ſtudioſis Cicero eſſe debeat fecerit ſatis. Hic de Seruio Sulpitio loquens, hunc in modum Bruto interroganti reſpondet: Sic em̃ inquam, Brute exiſtimo, iuris Ciuilis magnum vſum & apud Scæuolam, & apud multos fuiſſe, artem in hoc vno, quod nunquam feciſſet ipſius iuris ſciẽtia, niſi eam præterea didiciſſet artem, quæ docet rem vniuerſam diſtribuere in partes, latentem explicare definendo, ambigua primum videre. Poſtremo habere regulam, qua vera & falſa iudicarẽtur, & quæ, quibus propoſitis eſſent, quæq; non eſſent conſequẽtia, hic enim attulit hanc artẽ oĩm artium maximã, quaſi lucem ad ea quæ confuſe ab alijs aut reſpondebant̃ aut agebant̃. Dialecticam mihi videris dicere (inquit Brutus) Recte (inquit Cicero) intelligis. Hæc ille, quæ vt nul-

la alia argumenta adsint, satis superque ostendunt quam necessaria: quam vtilis dialectica ei sit: qui ius ciuile pro eo ac decet tractare velit. Siquidem narrat Cicero: cum Dialectica lux omnium artium sit: iuri Ciuili miram lucem inferre: & efficere vt ea quæ a Dialectices ignaris confuse aut respõdentur aut aguntur, disertius & euidentius tradantur. Omitto hic quod & Crassus apud Ciceronem necessariam iurisconsulto citra omnes ambages affirmat. Quis putat virum tantum id tam libere affirmaturum, nisi res ipsa moneret exposceretq; ? Cæterum de Dialectica plus fortassis diximus: quam plerisq; gratum fuit: sed quid facerem? coegit me partim summa artis huius necessitas: partim vtilitas: vt de ea plura iusto dicerem: postulat orationis a me institutæ ratio, vt & quam historiarum cognitio iurisperito vtilis futura sit, commonstrem. Vnde vero hic dicere exordiar? tanta dicendi se mihi offert sylua. In titulo de origine iuris ea traduntur a Pomponio: quæ citra exactam historiarum veterum cognitionem intelligi nõ possunt vnquam. Quid igitur iuris candidatus historiæ ignarus facturus est: vbi in istum titulum inciderit? an se Accursij commentarijs adiutum iri sperat? Verum ij non plus opis ad intelligendum titulum adferent: quam si nihil legat: nisi forte fabulã illam ab Accursio: nescio vbi exceptã: aliquid momenti habere putamus: de sapiente quodã: quem Græci: vt Accursius refert: Romã miserint: exploratum: an Romani digni essent: qui legibus Græcorum potirentur: cæterq; sapiente illo Romã veniente: Romanos morionem quendam subornasse: qui cum Thalete illo in publico contenderet: vbi vero ad contentionẽ ventũ sit: sapiẽtem illũ nutu

disputa

disputare cœpisse, & sublato vno digito vnius dei documentum dedisse, at stultum suspicatum sibi a Thalete illo, oculorum perniciem imminere, duos digitos vna cum pollice sustulisse, & Græcum illum trinitatem a motione cõcertatore suo ostẽdi existimantem palmam prętendisse, qua oĩa nuda & aperta oculis dei ostenderet. Motionẽ vero, ne a Græco palma in eius hæreret malis, veritũ pugnũ, quasi referiturus esset, clausisse. Qua ex re cũ sapiẽs ille Græcoꝝ: quod & deus oĩa palma claudere: & Romanos dignos legib. Græcoꝝ intellexerit, eum ad suos in Græciã postliminio redisse. En habetis specimen commentariorum quæ Accursius ille pulcherrimo illi titulo illeuit, e quibus opinor, iuuenis historiarum quoque rudes egregie iuuari posset. Quid vero commemorem quod idẽ Accursius in voce vindicias, lupum quod aiũt auribus tenens, nescit an a Vitellio seruo orta sit, an, vt ipse somniat verba solennia sint, qbus quondam in libertate danda hoies vsi fuerint. Iã si quis Accursij similis, hoc est, peræque historiaꝝ ignaro, in istũ locum venerit, eandẽ cũ Accursio cantilenã canat oportet. Cæteꝝ, qui Liuiũ in secundo ab vrbe condita legerit, is intelligit vindictæ vocabulũ & vindicias a Vindicio seruo quodã indice cõiurationis filioꝝ Bruti, & Tarqnioꝝ dictas, q primus dẽ vĩdicta liberatꝰ, vñ & nomẽ vindictæ ab illo ductũ pter Liuiũ, Plutarchus quoq; author existit. Taceo quod in eodẽ capite Põponius quoq; iurisconsultus rudẽ in errorẽ cõijcere posset, vt q de cẽ viros cõstitutos eẽ scribit, q in Græciã profecti nobiles Salõis leges, iuxta Lacedæmonioꝝ ritꝰ & cõsuetudines descriptas, Romã deferrẽt, cũ tã Liuius q̃ Festa ſe cuius fontibus bonam partem

præſen-

præsentis tituli Pomponiũ hausisse qs dubitat?) tradant tres tantum viros, Sp. Posthumium, P. Sulpitium, Aulum Manlium ablegatos vt pręclaras Solonis leges & mores aliarum ciuitatum Grę cis percognitas Romam transferrent, qui, vbi ita vt iussi erant factitarunt, tandem decem viros creatos, qui ex illis legibus moribusq; patrijs, Romanas leges & statuerent, & in tabulas referrent. Sed arenam metior, quod omnes errores qui aliquãdo & a Põponio ipõ, & maxime ab Accursio, & suis assęclis commissi sunt, historiarum inscitia ostendere conor. Iam cum in vno titulo historiarum ignorantia adeo hallucinatum sit, quid in vniuersis Pandectarum titulis factum esse existimatur? Non male igitur is sibi suisq; studijs iuris Ciuilis consulit, qui prius historiarum cognitionem sibi comparat, quam illa tam sublimia studia inuadat. Accedit his, quod cum in titulis sæpissime Cæsarum fiat mentio, a quibus leges conditæ sunt: an non prudenter facit, qui priusquam in historiarum lectione versetur, quo tempore quisq; Cæsarum floruerit, quid præclari gesserit, quas leges cõdiderit, quam potest diligentissime perdiscit, alioquin vereor ne cum Accursio, quando de Cæsare aliquo sermo incidit, aut plusquã piscis mutus sit, aut in re minime obscura, & vt Græci dicunt, in ipo sole caliget. An ne vero pudendũ est, quod Accursius tantus iuris interpres, tam sæpe velut in salebra hærens ambigit, quinã fiat quod in decretis Iustinianus Constantini filius tradatur & apud alios historicos, si mõ vllos vnq; legit, vno ore Iustinianũ Iustini a puero subulci, mox bubulci, postremo lignarij fabri ministri filiũ, fuisse memorię proditũ sit. At ignorat bon⁹ Accursius illũ Iustinianũ

cuius

cui⁹ in decretis mẽtio fit: aliũ quẽdã fuisse posterio rẽ Iustiniãо Iustini filio: quo⁹ ille φίνοτμητ& a narium opinor truculẽtia: hic ἀνακλφάλεωτ&. cognomẽto dictus esse fertur. An vero ferendum in Accursio: quod in institutionibus, parag. illud proprium titu. de adoptionibus, vbi narratur quo pacto August. Cæsar non ante Tiberium adoptauit: quam is Germanicum adoptasset, tam rustice scribit: diuus August. his enim orationis floribus ludit: volebat adoptare quendam nomine Germanicum: ignarus quisnã ille Germanicus fuerit. At si historicos consuluisset, Germanicum filium fratris Tiberij fuisse comperisset. Quid quod & ad hoc historias Cæsarum penitus perspectas esse iuris candidato profuerit: vt si legem latam a quodã Cæsare in Pandectarum libris legerit, ex Cæsare statim quo tempore ea lex constituta sit: cognoscat: ea ratione & quid Cæsarem ad talem legem ferẽdam commouerit, intelliget: & an huic seculo lex illa congruat: perspiciet. Non enim mihi displicet si illud in legibus obseruetur: quod in canonibus plærique⁹ faciendum esse præceperunt: nimirum vt quo tempore: a quo: ad quos: quibus de caussis: leges latæ sint etiã atq⁹ etiã perpendatis. Si quidẽ vt alia tempora alios mores postulant: vt alij morbi alijs remedijs curari volunt: ita nec eadem secula easdem leges ferunt: nec eædem caussæ ijsdem legibus trãsigi possunt. Et quod de Cæsaribus a me dictum est: illud quoque in iurisconsultis: in prætoribus: tribunis plebis: quorum respõsa: edicta: plæbiscita plurima in Pandectas redacta sunt: obseruari velim. Nimirũ vt iurisperitus, quisnã vel iuris consultus sit, cuius respõsum legit, q⁹ prætor cuius edictũ reperit, q⁹ tribunus plebis, cuius plæbiscita

memo-

memoriæ prodātur, exploratū habeat. Sed qđ̄ pæ
ne prætereũ quod minime prætereundū est, historiæ
prætereq̄ quod res gestas docent, etiā ad vitā tā suā
q̄ aliorū informandā faciunt, dū varia variorum
hoīm consilia, acta, euentus, varia exēpla, casus
sapīæ, temeritatis, referunt, e quibus oībus iurisco
sultus & vitæ priuatim degendæ & publicæ insti
tuendæ rōnes petere pōt, ita vt reipublicæ guber-
nandæ admotus, & se pro eo ac decet gerat, & in
cōmune aliorū vitæ recte cōsulat. Et vt alia histo
riarū exēpla omittā, qui legerit Fabiū Maximū,
quod is Publio Crasso rus concedenti de tertio bel
lo punico indicto, de quo remotis arbitris clā in se
natu actū erat, narrarit, grauiter a senatu obiurga
tū, hic in rēpublicā administrandā adcitus tacitur
nitatē optimū & tutissimū rerū publicarū agen-
darū telū eē cognoscet. Et prouide, nō temere, q̄ se
creto in senatu agēda sunt efficiēda esse admōebit
qui in historijs didicerit, olī minores natu, adeo grādi
oribus natu honorē habuisse, vt iuuenes die illo q̄ se
natus haberi solebat, aliquē ex prīb⁹ cōscriptis, aut
propinquū, aut auū paternū ad curiā deduxerit, et
abeūtē rursum reduxerit: is in repu. quoq; sua cura
bit vt a iuuenta senectæ suus honos tribuat: & iu
uēt⁹ sobrie et modeste viuat, id quod ad cōcordiā
reip. maximus est gradus. Qui apud historiarū au
thores legerit maiores natu in conuiuijs quōdam
ad tibias p̄clara maiorū gesta in versus redacta
reciniſſe: vt ad ea factis exprimenda iuuentus ex-
citarē: is manibus pedibusq; contendet, vt ex cō
uiuijs, quæ in repub. cui regendæ præfectus est, agi
tantur iuuenes meliores abeant, breuiter in histori
cis nihil nō offenderit, quod ad rēpub. bñ & fœlici
ter constituendā cōducere valet. Ex ijs oībus opti-

mi

mi auditores luce meridiana clarius patere arbitror, q̃ cõmodã viã ad ius Ciuile & intelligẽdum & pro dignitate tractandũ præmuniat sibi is, qui historicos nocturna versetmanu versetq; diurna Enimuero q̃ & poetarũ lectio ad iuris Ciuilis studia magnũ aditũ aperiat, breuius quã alia cõmõstrabo, quod ad ea, quæ: vt a me dicantur: institutus orationis meæ cursus postulat: mihi & tẽpus & vestra audiendi benignitas: non defuit. Sed ad rẽ: poetarũ lectio hoc noie iuris candidato vtilis erit: quod ex illis & sententiarũ spiritus: & verborum sublimitas & in adfectibus motus oĩs: q̃bus oĩbus iurisconsulto in causis agendis vtẽdum est, peti queat. Tum vt iurisc̃onsultus: cuius aures quotidianis consultorũ flagitationib. assiduis fori clamoribus, pene obsurduerunt, dicã an enectæ sunt: habeat: in quo se recreet: habeat in quo se colligat. Et hac grã Cicero: vt ipse fatet: iuris Ciuilis & poetarũ oĩm peritissimꝰ: in poetarũ lectione requeuit. Hic etiã est opinor: quod Modestinꝰ non contẽnẽdæ authoritatis iurisconsultus. (sic em̃ eũ p̃dicat imperator Iustinianus) in l. ad exhibẽdũ. C. eo. tit. non tm̃ poetarũ lectioni aliquot horas suffuratus est: verũetiã piochas in vergilij libros composuit. Voluit em̃ vir ille iurisconsultissimꝰ oĩm grauissimis studiorũ laborib. fessum: blandis illis Poetarũ illecebris aliqñ refocillare. Quid vero commemorẽ? quod poetarũ versiculi non raro & caussis aut probãdis aũt ĩprobãdis, vel Accursio teste, accõmodari possunt. Sic ĩterpres Demosthenis in oratione περὶ παραπρεσβείας scribit: contendentibus Athenienſib. cum Megarẽsis de Salamina insula, Solonẽ versiculo quodã Homeri caussam suã iudicib. approbauisse. Nam cũ Homerꝰ scripsisset.

αἶψα δ'

αἶαξ δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν νῆας δύο καὶ στῆσε παρ' Ἀργείοισι στρατόπεδον.

Quem ſic verto.

Aiax biſſenis Salamine ex nauibus ibat.
Solonem hunc verſum intercalaſſe.

εὖτε δ' ἄγων ἵνα Ἀθηναίων ἵσαν Φάλαγγες.

Quem ſic transpono.

Cecropide ſtatuit quo tum ſtatuere phalāges.

Et ſic diſceptatoribus Lacedæmonijs Salaminas Megarenſibus adiudicatas. An non vero Imperator Iuſtinianus in inſtitutionibus titulo de lege Aquilia probaturus & ſues pecudum appellatione contineri quia gregatim paſcantur, Homeri verſiculo ex Odiſſea probat, verſum, qa in pleriſque exemplaribus deſideratur, adſcribā.

κλαγγὴ θ' ἅμα πάντων ὀρθὸς οὖνων ἀνιόντων.

Quem verſum ſic vertere potes.

Grunnituſq; ſuum eſt, ſtabulantum magnus obortus.

Idem Imperator in titulo de emptione & vēditione probaturus permutatiōe rerum emptionē & venditionem contrahi, eamq; ſpeciem emptionis & venditionis veteſtiſſimam eſſe, Homeri teſtimonio probat, qui in ſeptimo Iliados aliquam partem exercitus Græcorum vinum ſibi comparaſſe, ait, permutatis quibuſdam rebus. Verſus ſi quis deſiderat ſunt hi.

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο κάρη κομόωντες Ἀχαιοί.
ἄλλοι μὲν χαλκῶν, ἄλλοι δ' αἰθωνι σιδήρω.
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν.
ἄλλοι δ' ἀνδραποδίοισι.

Quos

Quos versus sic vtcunq; vertimus.
Tunc redimunt Græci dulcissima vina comati.
Aera illi promunt, ferrum pars altera candens
Adfert, dant tauros, dant bubula tergora multi
Pars bona ne vinum desit: mancipia tradit.

Iurisconsultus in l. Aut facta: in Pandectis de pœnis, confirmaturus exilio voluntario casus fortuitos luendos esse: ex insigni: sic enim Iustinianus alias vocat: Homero confirmat: cuius hi versus sunt Ilidos secundo.

ἐνθ' ἐμὲ τυθτὼν ἔτι μαινόμενον ἔπεπνθον.
ἤγαγον ὑμέτερον) δῶ ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς.
ὑμεῖς δ' ἐς παίδα κατάπτανον ἀμφιδάμοντα.
πάτρῳ οὐκ ἐνθέλοντ', ἀμφὶ ἀτρυγέτοισι χολωθέντ'.

Et hos versiculos sic ex tempore verti.
Tunc puerę adhuc me meneetius ex Opoente.
Aedes sub vestras duxit quo tempore cædem
Committens tristem: puerum Amphidamante peremi.
Prognatum fatuus nolens, sed percitus ira.
Talorum in ludo rabie dementer amata.

Iam satis opinor liquet, olim etiam grauissimis caussis probandis Poetarum versiculos adhibitos esse. At ne quis putet vel Iustinianum, vel veteres iurisconsultos, caussas suas poetarum versibus approbasse, audite & glossularios & plerosq; illos iuris interptes idem sibi sumpsisse. Est glossa in Leg. de quæstione in verbo alienæ C. de trãsactionibus, vbi glossularius probaturus legem, quam in præsentia referre necesse non est, vt quæ facile in promptu esse queat, non de liberis, qui de parentum morte inquirere solẽt, sed extraneis verba facere, versiculo Ouidĩ firmat, qui est.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Est glossa in.L.vnica in verbis errorem Calculi C.de errore Calculi,q̃ Calculũ albũ pro meliore die vsurpatum,Persij probat versiculo, qui est. Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.

Est glossa in.L.si creditor in verbo se perdidicisse C.de pignoraticia actione,vbi Accursius ait (speciem legis qui volet scire,ipsam legem consulat)an sine culpa se perdidisse probare debeat sub iudice lis est. Et mox addit verbum Horatij. Est glossa in capitulo,prudẽtes in verbis vt debere extra.de donationibus:quæ citans illud domini.Beatius est dare,quam accipere,illico subdit,proinde locum Martialis in Scæuolam probra ingerere quod apud omnes esitaret, apud eum vero ederet nemo,versiculi si quos iuuat adire sunt ij.

Scæuola tu comedis apud omnes,nullus apud te.
Alterius siccas pocula,nemo tua.
Aut tu redde vices:aut desine velle vocari
Dedecus est semper sumere:nilq; dare.

Sed quid vniuersas glossas quæ poetarũ versibus conditæ sunt retexo? Reliquum est: vt & plerosq; iuris interpretes poetarum versibus in grauibus rerum disertationibus vsos esse commonstrẽ. Cæterum ne longius quã supra instituit:in hac orationis parte versor: vnum illud in præsentia referã. Iason in appendicibus:quas commentarijs Christophori Porci in institutionum libros assuit,in tit. qui , & ex quibus causis manumittere non licet in.paragr.in fraudem creditorum:in quæstionum vocans : an in rebus probabilibus ignorantia censeatur:respondet rerum alienarum probabilem ignorantiam existere posse , quod nemo rerum

alie

alienarum: nisi ad se pertineant: curiosus esse debe
at: vñ inquit: & illud est Terentij in Heautontim.
Tantū a tua re ocij tibi est: reliqua nostis. En ha-
betis optimi auditores, cur nã poetarꝫ lectio iuris-
consulto vtilis esse queat: siquidē ex illis exemplo
tam veterꝫ: quã recentiorꝫ iurisconsultorꝫ caussarꝫ
etiam firmamẽta comparare potest. Postulat ora
tionis ordo: vt & illas duas philosophiæ partes, q̃
rũ vna, quia naturæ a secretis quodammodo est,
ὑ φυσικὴ altera, quia mores informat, ἠθικὴ appella
tur, iuris candidato vsui fore doceã. Et ὑ φυσικὴ q-
dē iurisconsulto prodest, quod iurisc̃sulto frequē
ter in veneficos orationis impetus dirigendus est,
in quos frigide & ridicule dixerit, nisi quibus reb⁹
venena parentur, qũo hoies enecent, exploratũ ha
beat. Vt vero exploratũ habeat, ὑ φυσικὴ auxilio
fuerit. Non sibi constabit iurisconsultus: si in muli
eres, quæ partus medicamentis abegerũt, oratiõis
mucro stringendus sit: nisi ex τῶν φυσικῶν aditis qui
bus modis id fieri possit & an fieri valeat: exprom
pserit. Sic Cicero in oratione pro Cluentio non vn
quam tam deserte: tam prudenter Oppianicũ ve
neficij reũ peragere potuisset: si non philosophiæ
quoꝫ eius: quæ rerum causas inquirit & docet:
gnarus fuisset. Quæ oratio adeo posteritati placu
it: vt Iurisc̃sultus in titulo de pœnis honorificam
mẽtionem eius facere non dedignetur? At si in ho
micidas detonandum sit: o q̃ sudabit iurisconsul-
tus, si non cur ex vulnere illato aliquis perierit: rõ
nibus e Philosophia naturali deprõptis docere po-
tuerit: glo. in. L. i. C. de emendatione seruorum dis
diserit: quod si quis seruum alienum occiderit,
eum legi Aquiliæ obnoxiũ teneri, nisi probare que
at, seruum illum ex vulnere non obijsse: id vero

qũo probare poterit homo eius philosophię partis quæ rerũ arcana scrutatur, penitus ignarus? Hic locus de philosophia τῆ φυσικῆ mihi paucis attingendus fuit, vt & alia q̃ adhuc mihi dicenda incũbũt, pro dignitate exponere possim. Proximũ vero est, vt ostendã & alterã philosophiæ partẽ, q̃ ad mores fingendos conferat, futuro iurisconsulto oppido frugiferã fore. Principio iuris Ciuilis sciam rẽ sctissimã eẽ cõstat l. 1. ff. de variis & extraor. cog. Proinde & eos q̃ ei p̃sunt, sancte integre & morate viuere decet, ne professiõem adeo sanctam malis suis moribus dehonestent & dedecorent. At quinam iurisconsultꝰ se optimis moribus exornare potest, hoc est honeste viuere, alterũ non lædere, nam ita mores hoim format Philosopia illa ἡ ἠθικὴ qui hanc philosophiæ partem, q̃ mores fingit, vel extremis labris, vt dicitur, attigit nũquam? non magis profecto hoc facere potest (si modo prophana cũ sacris conferre licet) atq; is Christianam vitam instituere valet, qui eos libros, qui ad Christianismũ informant, nec ipse legit vnquam, nec ab aliis sibi enarrari audiuit. Hic ipso vsu comperimus, q̃ spurce, q̃ illiberaliter, q̃ moleste viuat a iurisconsultis iis, qui illam Philosophiæ partem quam Socrates e cœlo deuocasse fert, contempta, illotis q̃d aiunt, pedib. ad sanctam illam iuris professionem inuolarũt. Accedit iis quod cũ ἠ πολιτικὴ vna sit Ethices pars, q̃d obsecro iurisconsultus Reipublicę clauo admotus, in Repub. se dignum fecerit, qui neque ea quæ Plato, neq; quæ Aristoteles περὶ πολιτείας. scripsere, diligentissime & legerit & tenuerit? An domũ commode administrare poterit, si τὰν οἰκονομικὰν aut ipse non legit, aut nec ab aliis recte tractari vidit? Nemo opinor hoc dixerit.

Nec

Nec igitur ἀπολιτικὸς pro eo ac decet aliquis quiuerit, nisi vel in illorum libris versatus sit, qui politiæ rationes docēt, vel apud eos egit, qui ea quæ in libris τῶν πολιτικῶν scripta sunt, factis in Repub. præclaris ostenderunt. Taceo hic quod iurisconsulto nunquam non, de æquo, bono, honesto, iusto, iniusto, siue causas agat, siue consilijs iuuet alios dicendum est. Quid enim est aliud iurisprudentia, q̄ iusti & iniusti scientia? L. ij. ff. de origine iuris. Proinde plerique iurisprudentiam partē philosophiæ illius quæ a moribus formādis nomen habet, existere affirmant. At vero vnde æqui, boni, honesti rationes deriuabit, nisi ex Platonis legib⁹, nisi ex libris Ethicis Aristotelis? ex quorum scriptis vetes iurisconsulti multa adeo deprompserunt. Postremo cum sæpe necessitas: quæ (vt in prouerbio est) ferijs caret, et telum est acerrimū, vrgeat: vt q̄ Reipub. status in tranquillo sit, improbos accusemus, vituperio afficiamus, probos laudemus, defendamus. Ad vtrumlibet horum pro decoro tractādum, plurimum in illa philosophiæ parte quæ Ethice dr̄, elaborasse profuerit. Hinc em̄ & virtutū rōnes, propter q̄s hoīes laudibus ornamus: hīc vitiorū scaturigines quorū ergo hoēs insectamur, fluunt. An vero putamus Ciceronē in Verrem, in Vatiniū tā vehemēter, tā prudenter dicere potuisse: si nō ex moralis Philosophiæ libris, vitiorū formas tā probe pdidicisset? An tā splēdide, tā diserte Archiam poetam laudibus tollere potuisse existimamus, nisi virtutū gña ex Ethices monumentis hausisset? q̄d si hæc mea argumēta alicui non faciūt fidē, vt credat philosophiā tā moralē, q̄ naturalē iurisc̄sulto prodesse, huic fidem faciat ipse Cicero, & ipse iuris ciuilis callētiss. qui in pluribus

libris & epistolis testatur dicendi facultatē, quam iurisconsulti κτήσιν dicā an χρῆσιν suam esse affirmant, ex intimis sapiæ fontibus fluere, & hoc nomine quondā eosdem fuisse, qui & morum & dicēdi præcepta traderēt. Sed iā tēpus est, vt ad id q̄d in extrema orationis parte mihi dicendū sumpsi veniā, nimirū tam Latinæ, quā Grecæ linguæ peritiā futuro iurisconsulto admodū & vtilē & necessariā existere. Atq; hic orates volo eos, qui partim temporū iniuria, partim præceptorū inopia neutrā harū linguarū perdiscere potuerunt, ne egre ferant, me has linguas iuuenibus commendare. Non ēm id a me eo animo fiet, vt senes in ordinem redigā, sed vt quam compendiosa via ad iuris Ciuilis studia vtriusq; linguæ viatico instructi, perueniant, ostendā, sed ad rē. Hoc vobis, qui Pandectarū libros euoluistis, exploratū arbitror legum sermone nihil latinius, nihil tersius, nihil politiꝰ vel dici vel excogitari posse. Quod si quib. Pandectarū libros adhuc per ætatē adire non licuit, ijs ex Laurentio Valla, qui in oīm manibus teritur, haud dubie dicerunt, quid de illis libris, quantū ad sermōis cultū attinet, statuendū sit. Nā is in libro elegantiarū tertio scribit se relegisse quinquaginta pandectarū libros cū quadā admiratione, adeo vt primum nescierit, vtrū diligentia ne an grauitas, prudētia an æquitas, scientia rerū, an orationis dignitas p̄stet, & maiori laude digna esse videatur. Et prisci vtidē inquit iurisconsultus, quales, quantiq; in eloquendo fuerint, iudicare non possumus, quippe q̄rum nihil legimus: his aūt qui inter manus versantur, nihil est mea sententia, quod addi adimiq; possit, non tam eloquentiæ, quam quidem materia illa non magnopere patitur, quam latinitatis atq; elegan-

elegantiæ, sine qua omnis doctrina cæca est, & il liberalis, præsertim in iure ciuili, hæc ille. At vero cum tanta sit in legum Ciuilium libris elegantia & natiua sermonis proprietas, quinam obsecro Iuris Ciuilis studijs destinatus, & omnis elegãtiæ, omnis latinitatis ignarus: aut per se ad plenum leges intelliget, aut vt alij intelligãt efficere potest? An qui Atticæ linguæ non prorsus gnarus est, Demosthenis, Platonis, Luciniani libros recte assequ-tur, aut vt alij assequanť effecerit? An linguæ Hebraicæ non satis peritus biblia Hebræa probe intellexerit? An, vt & ad vulgares linguarum dialectícos veniam, qui Gallice sonare non exacte potest, Gallorum scripta exacte interpretabitur? Nũ qui Germanorum linguam non absolute callet, ea quæ a Germanis vel eloquuntur, vel scripta extant, absolute assequetur? Breuiter an quis scripta qualis qualis tandem linguæ cuius non ad vnguẽ peritus est, intellectu comprehẽdet? nemo, vt mea fert opinio: nisi Moricho illo Lucianico stupidior sit, hæc affirmarit. Nec igitur Iuri Ciuili destinatus exacte & adamussim leges intellexerit, si latini sermonis nitorem, quo illæ scriptæ sunt: non adamussim perspectum habeat. At hic reclamabit aliqs: ergo Accursius, Bartholus, Baldus, & si qui sunt alij inter illos interpretes iuris in legũ abstrusa non penetrarunt vnq̃, quippe q id quod in confesso est, linguæ latinæ mundicie sibi nõ cõparãrũt? Audi tu ego quãuis per ætatẽ de tãtis viris fortassis pronũtiare non possum: nec si possem, in tanta a me dissentiẽtiũ varietate facerẽ, q̃d id mihi inuidiosum nec minus superciliosum in me eẽ possit, tamẽ qñ hac mea oõne aliud specto nihil, quam vt prima discentium iuuẽtur studia, non tam iudicis, quam

coniectoris personam in me recipiam. Et paucis dico Accursium, Batholum, Baldum, & alios huius gregis interpretes, linguæ latinæ ignaros nõ quidem in legum omnium exegesi hallucinatos esse, id quod partim ingenij felicitate, qua olim non parum multi iurisconsulti efloruerunt, accidit, partim labore infatigabili & improbo: qui cum oĩa vt Poeta ille inquit, vincat: legum quoque difficultates in plerisq; literarum latinarũ ignaris expugnauit. At multo felicius, multo labore minori felicissima illa ingenia legum adita recludere potuisse, si naturæ fœlicitati, vsus quoq; literaturæ latinæ accessisset, citra oẽs ambages existimo. Sed cum temporum iniquitate latini sermonis peritia tam præclaris ingenijs negaretur, o quam sæpe in sole (vt in prouerbio est) caligarunt et noctem, vt inquit Seneca, in oculis gestarũt? tum quam sæpe in legum interpretatiõibus, propter latinæ linguæ ignorantiam, transuersi in nescio quem a legibus aberrantem sensum, abrepti sunt. Exempla hic referre opus non est, qui volet Budei, Alciati, Zasij procerum iurisconsultorũ nostri seculi scripta elegantissima euoluat, & exempla plura quam inuictis illis barbariei patronis gratum existet, reperiet. Adhæc Cicero proprietatem sermonis iurisconsultis peculiarem esse debere, affirmat. Quid vero aliud est sermonis proprietas, quam latini sermonis mundicies & castimonia? hanc dicendo iurisconsultus non vnquam tuebitur, qui non eã a puero excoluerit, perdidicerit q;. Quid vero hic commemorem, quod iurisconsulti, qui latine loquuntur, citius legum intelligẽtiam in auditorum animos transfundunt, quam qui adeo barbare dicunt, vt Gotthum quendam dicere credas? Quis enim nõ citius in-

citius intelligit eum,qui bellum,q̃ qui guerrã adesse,q̃ inducias datas, q̃ qui Treugã concessam dicit? Quis enim nõ citius adsequetur,qd proscripti, quid præconio citati sint,quam quid banniti existant? quid retorquitio significet,citius auditor intellexerit? quid sit excribere, describere, exemplũ sumere,quam vt plerique loquuntur,exẽplare, prius intelligitur quid sit exemplum recognitum, q̃ quid exemplatum,collationatum existat. An nõ vero quis citius intelligat, si dicã stipulatio disiunctiua est,quam si stipulatio alternariua ẽ, dixero? Mirum,nisi quis prius intelliget, quid sit legibus soluere,quam quid dispẽsare,quid thema & propositum vel species legis sit,quam quid casus existat.Emoriar,si non prius iuuenis perceperit, quid profiteri sit,quam insinuare donatiõem. Quid sit æquus,quid iniquius iudex,quam quid fauorabilis & non fauorabilis. Sed hic quispiam cui latini sermonis elegantia nauseæ est,obstrepuerit. Vin tu vocabula in scholis iurisconsultorum recepta e suo loco mouere & tollere? Audi tu,nihil est quod malim, q̃ cum omnia studia pristino nitori restituta sint, iuris quoq; ciuilis studium in pristinũ gradum restitui: sed quando plerique qui hoc nostro seculo iura profitentur,præter barbara ista vocabula,in promptu non habent vlla,boni consulẽdum erit,si quas a suis præceptoribꝰ didicere voces,auditoribus communicẽr.Cæterum iuuenes, qui ista tempestate, qua omes bonæ literæ efflorurunt, iuri ciuili se addicunt,paululum elegantioribus vocibus assuefieri velim, vt aliquando vbi senes nostri eis lampada,quod aiunt,cursu tradiderint,studia iuris in lucem veterem reuocari queant.Porro quod Alexander de Imola quodam loco,eum nõ

inter iurisconsultos numerandum putat, qui non in ore habeat voces iurisconsultis assuetas: hoc ē (sic enim ego intelligo) qui non communi barbariæ cum alijs fruatur, καὶ βαρβαρίζῃ, mea qppe sententia perridiculum est, quando consuetudo latine loquentiū digna sola sit quæ a nullo nō exprimatur, sed illi viro, quando barbaro seculo florēs aliter sentire quam barbare non potuit, condonādum est. Sub hæc latinæ linguæ peritia, hoc quoq; commodi iurisconsulto apportat, vt qui ea imbutus est, syncerius & felicius iura doceat. Qui enim latinam linguam docti sunt, hac fere ratiōe in legum exegesi vtuntur, primo omnium speciem legis auditoribus enarrat, deinde vsum legis ostendunt, quid enim refert te plusquam Myriadas legum in numerato habere, si nullius vsum certum teneas. Postremo, quibus argumentis nomotheta aliquis vtatur, quibus orationis flosculis lasciuiat, indicāt. Tum si quid in interprete aliquo primæ classis adnotatum est, quod ad legem faciat, id in loco, & commode adducunt. Quod si exempla huius rationis docendi leges requiritis, consulite ea quæ vel Zasius vel Alciatus latinæ linguæ callentissimi in leges scripsere, & me vera dixisse comperietis. At scholasticum (inquit) hoc docēdi genus est, recte scholasticum ais, vt quod scholis, meo quidem iudicio non male congruat. Nam illud quod a plerisq; in scholis receptum ē, vt tūc quisq; suo officio se egregie defunctum arbitretur, si vel plus minus mille leges vna hora effundat, vel si q̄d Italis placere video, in interpretibus magis q̄ in legibus illustrandis desudet, nō damno quidem, sed prius illud docendi institutum memoriā potius interpretis ostentare, q̄ auditoris progressum

ſum nauare videtur: quãdo fieri non poteſt vt auditores tot leges meminiſſe aut poſſint: aut velint. Poſterior vero docendi ratio tempori extrahendo inuenta eſſe apparet. Sed quid hæc moueo, aut curo? in docendo rationem, quæ cuiq; optima eſſe videtur, per me licet ſequatur. Sed vt eo quo digreſſa eſt ratio mea redeat: linguæ latinę cognitionem cum ad alia multa: tum ad ſyncere & cõmode docendas leges conducere dixi: id quod & teſtat Cicero: dum Seruium Sulpitium hac gratia eloquentiã quæ latini ſermonis natiua puritas eſt: aſſumpſiſſe ſcribit: vt ius Ciuile facile poſſit tueri. Hoc quid aliud eſt: quam ius Ciuile apte docere? Nec fruſtra idem Cicero Scæuolam præclarum quoq; iuriſcõſultum laudat: quod oratione limatus fuerit: de q illud dicere ſolitus erat: Scæuolam iuriſperitorum eloquẽtiſſimum: eloquentiũ iuriſperitiſſimum exiſtere. Cur orator ille eloquentiã in Scæuola laudibus ornaret: ſi non ea oratori apprime neceſſaria & vtilis foret: quãdo ſtultum eſt aliquid in aliquo laude tollere citra quod quis facile munus ſuũ tueri poſſit: nec aliquid emolumenti alicui addat. Nec idem Cicero Cathonem iuriſperitiſſimum, in dicẽdo præſtantiſſimum fuiſſe ſcripſiſſet: ſi nihil momenti latinæ linguæ cognitio iuriſprudẽtiæ adiungeret. Sed quid veteres iuriſperitos tantum recenſeo? ſunt & noſtro ſeculo Scæuolę: Sulpitij: Cathones: inter alios vero (nam omnes nominare longũ eſſet) eminet Gulielmus Budeus, Alciatus, Vdalricus Zaſius, de primis duobus: non ita multo poſt dicã: de poſtremo hic locus exigit: vt cõmemorem Quãta vero dicẽdi ſciẽtia Zaſius p̃ſtet: p̃ter diſci. ſuos, q eo Friburgi iura publice freq̃nti auditorio profitẽte

profitente præceptore vsi sunt, scripta quoq; eius elegantissima, tersissimaq; declarant. Nec mihi credibile est virum illum tantis vigilijs, tanto sudore, tanto scribendi tædio, non enim aliter hoc sacrum constat vt Græcis in prouerbio est, illam suam latini sermonis puritatem veneremq; redempturum fuisse, si non eam ad iura Ciuilia, & necessariam, & commodam intellexisset. Super est, vt & Græcanicæ literaturæ cognitionem iuris Ciuilis candidato oppido necessariam iuxta vtilem esse ostendam. Primo omnium bonam partem legum Ciuilium quas in Pandectarum libris consutas habemus, e Græcorum Platonis, Aristotelis, Demosthenis, Homeri denicq; libris collectas, tam manifestum est, quam quod manifestissimū. Iam quamuis πρὸς τὰ ἀληθῆ non conducit, tamen mire leges intelligibiles reddit, e quibus fontibus emanarunt, compertum habere. Tum quod non raro riuuli tātū legum in Pandectas deriuati sunt cum in ipsis authoribus omnia pleno fluant alueo Tum quod in nostris codicibus plerumq; lacunas Græcis legibus vacuas relictas cōperimus. Quid igitur hic fecerimus, vbi vel leges non integrę, vel prorsus expunctæ inueniuntur? num diuinare potuerimus? id quod Accursius subinde in studio habet, quid aut relictum, aut omissum sit, si non ipōs authores e quibus leges decerptę sunt legerimus? Sed agite, exemplis agamus. Callistratus iurisco sultus in titulo Pandectarum de nundinis, negociatores & agricolas, & si quod aliud genus hominū est, quod exportat & importat merces, ciuitati bene constitutæ vtiles esse, ex Platone probat. Verum hic locus in exemplaribus nostris desideratus fuit, nec facile quid sibi Callistratus velit intelligi

telligi posset, nec e quo Platonis libro descriptus esset, facile sciuissemus, si non Andreas Alciatus alter nostri seculi Sulpitius, locum istum ex libro Platonis de legibus secundo restituisset. Est praeterea in lege secunda in Pandectis de legibus finitio legis ex oratione Demosthenis, quam in Aristogitonem habuit inserta, iam nescio quo tãnis locus ille ex qua Demosthenis oratione depromptus esset, penitus ignotus fuit. Deniq; Budeus ille omnium & linguarum & bonarum literarum φύλαξ vnde hic locus e Demosthene decerptus esset, commonstrauit. Accedit huc quod si iurisc5sultus Graecæ linguæ peritus sit, & locum aliquem ex Graecis authoribus in Pandectis adduci videat, mox totus ne an dimidiatus locus hic transcriptus sit, comperiat, id quod etiam multum opis ad intelligendam legem suppeditat. Sicut modo retuli, Callistratus in titulo de nundinis Graeca quidem Platonis verba latina fecit, sed is qui Platonem legerit, facile videt, quam pleniore, vt ita dicam, orationis flumine illic omnia exuberent, longe enim Plato fusius istum locum tractat, quam a iurisconsulto tractatur, qui vt breuiati, sic enim conficio, consuleret, ea tantum quae pro se facerent, e Platone decerpsit. Verum lector, qui illa a Callistrato trãspositа legit, minus quid sibi illa lex de mercatoribus velit intelligit, quam si in Platone ipso vbertim tractata omnia legerit. Hoc quoq; in lege secunda de legibus, in finitione legis e Demosthene transumpta accidit, fusius enim & plenius omnia Demosthenes, legis finitionem instruxit, quam iurisconsultus in lege non raro iam a me adducta instruit, & quid sibi finitio legis velit, citius intelligit is, qui e fonte eam haurit, quam qui riuulo

riuulo contentus exiſtit. Confert igitur iuriſconſul
to linguæ Græcæ cognitio & ad hæc: vt ipſemet
ſuis oculis, quibus plus fidei, quam alterius adhi-
betur, colluſtret. An loca Græca a iuriſconſultis in
Pandectarum locis in linguam Romanam tranſ
fuſa, ſarta tecta, quod dici ſolet ſint: ſi aliqua mu
tila & μόσφα deprehendet: mox ad ipſos fortes con
tendet, ne quid ſit quod legis ſenſum remoretur.
Et eſt hæc nō vulgaris cauſſa, vt mihi videtur: ob
quam Græca lingua ijs: qui ſe iuris Ciuilis ſtudio
deſtinant, diligentiſſime amplexari, exoſculariq;
debeat. Sed quid futurum eſt: ſi Græcam linguam
ignores, & in vltimos Codicis libros incidas, in q
bus tot Græcæ voces ſunt, vt vix tot noctuas
Athenis fuiſſe crediderim. Hic ſane non
plus precium operę feceris, quam ſi in Hebræa bi
blia incidas, Hebrææ linguæ rudis. Et vt illarum
vocum ignorantia in foro in agendis cauſſis tibi
parum obeſſe queat, quamquam hoc nondū pror
ſus mihi perſuaſum eſt, quid enim faciet in foro ver
borum, quibus res appellet imperitus? nempe hoc
quod canis in balneo: tamen ſi interpretis funga-
ris munere, ridiculū dicam, an ignominioſum erit
te pro roſtris, magna profeſſum, voces etiam pue
ris hoc fœliciſſimo ſeculo, linguæ Græcæ gnaris,
cognitas, prorſus ignorare. Olim Publius conſul
qui ſe iuriſconſultum videri volebat cum nihil mi
nus eſſet, tāquam teſtis interrogatus, cum ſe nihil
ſcire reſpōdiſſet, Cicero, vt erat facetus in eius im
peritiam iocatus, diſce (quæſo ait) forſan de iure
te interrogatum putas. An non etiam credimus ta
lia ſcommata nobis. ſi non in os, at clam obiectū
iri? Diſce tu iuriſconſulte, pene aliter dixeram. pri
us quid voces ſint, quibus adeo iuris volumina re

fertæ

fertę ſunt, quam te rerum Ciuilium doctorem profitearis. Nec iniuria hoc audiunt iſti vocum contemptores, natura enim ita comparatum eſt, vt rerum ſcientia citra vocum cognitiõem conſtare nõ poſſit, ſiquidem cum principe Philoſophorum teſte Ariſtotele, voces rerum ſymbola ſint, vocibus non perſpectis, & in rerum, quarum voces ſigna ſunt & notæ, cognitione hallucinemur, oportet. Quomodo igitur per Deum immortalem legem intelliges? ſi non verba quibus lex vtitur intelligas? Quod ſi rerum cognitio, citra vocum intellectum conſiſtere poteſt, quo ore, qua fronte Labeo iuriſconſultus ſe pleroſq; iuris nodos vocum origine & ratione, non ſecus ac bipenni Tenedia, vt Græcis in prouerbio eſt, diſſecuiſſe fatetur. Cur igitur iuriſconſulti in libro de legatis tertio, adeo anxie, adeo accurate, iam Græca iam Latina vocabula interpretantur? Eradatur ergo titulus de rerum & verborum ſignificatione, qui quoq; præter vocum Latinarum, iuxta Græcarum exegeſim complectitur nihil. Sed valeãt iſti linguarum & omnis Latinæ dictionis hoſtes, qui ſi non ſuccenſere vellent, hoc his, quæ iam de neceſſitate linguæ Græcæ dixi, adderem, non raro totam legis intelligentiam in vno Græco vocabulo recte intellecto verti. Eſt lex tertia, in Pandectis de condictione Triticaria, quæ vulgo ſic legitur. In hac actione, ſi quæritur res quæ petita eſt, cuius temporis æſtimationem recipiat, verius eſt quod Seruius ait, cõdẽnatiõis tẽpus ſpectãdũ: ſi vero deſierit eẽ in hũanis, mortis tẽpꝰ, ſed etiã ãtea ſcm Celſum Reliqua noſtis, vbi pro antea Græcã vocẽ Alcias noſter reponendam eſſe docet, ἐν πλάτει quaſi quis dicat, latius & non obſeruatis iuris anguſtijs

quæ

quæ vox nisi repositа sit, totum sensum legis sub uertit. Vult em̄ lex, ne illa actiõe ita tempus mortis consideretur, vt ad leuissimæ æstimationis sym plegadas & angustias rem contrudamus, sed potius pro bono & æquo æstimationem ineamus. Accursius dum hãc vocem Græcam hic deesse ignorat, veluti Protheus ille πολύμορφος in voce, antea, se in tres formas, nec admodum sibi cõstantes transformat. In promptu mihi essent leges aliæ, & quidem plurimæ, in quibus propter vnam, aut alteram vocẽ Græcam exulantem totus legis sensus ἄνω κάτω misceẽ, sed satis sit ex vna lege didicisse, in vna Græca vocula recte perspecta, totius legis aliquando proram & puppim consistere, & proinde summopere linguæ Græcæ cognitionẽ ei, qui in legibus versari volet, necessariã esse. Taceo hic, quod iuris studio consecratus, nec istas voces, quod Græco fonte cadant, quibus etiam in forensibus negotijs vtẽdum est, citra literaturæ Græcanicæ cognitionem exacte intellecturus sit, cuiusmodi sunt paraphernalia bona, chirographum Apocha, Antapocha, Protocollum, bona Hypothecata, Hypotheca, Trapezita, signum autenticum, & si quæ aliæ voces sunt, quibus vt confessis Græcis vtamur, necessum est. Hic dixerit aliqs harum sane vocum, ergo lingua Græca, iurisconsultus facile carere potest, cum illas & Rabulæ forenses vt omniũ literarum bonarum, ita Græcæ literaturæ imperitissimi, & intelligant, & quam creberrime in ore habeant. Audi tu, homines isti e suis se dignis librorum lacunis ista vocabula vtcũq; hauriunt, quos si acriter vrgeas, vt tibi vocum quibus adeo crebro vtuntur, rationem reddant, nihilo plus dicturi sunt, quam coruꝰ ille, qui Octauio

Cæsari

Cæsari ex Actiaca victoria reuertenti occinens χαῖρε κἀκαῖσαρ quid illud sit, quod ab aucupe summis laboribus institutus, occinuerit, dicere potuisset: hoc ad pecuniam corradendam nihil impedito est. inquies. Antea dixi, mihi in ista mea oratione nihil rei esse cum istis, qui iurisprudentiam sola lucri cupidine correpti, discũt, si modo discunt, sed cum his qui in hoc omne ocium, in hoc omne reponunt negocium, vt & esse & dici iurisconsulti possint. Valeant igitur istæ auri & argenti hyrudines & lucris suis ita vt possunt fruantur. Iam est opinor, satis comprobatum. quam Græcæ literaturæ cognitio futuris Iurisconsultis perneccssaria & putilis existat, quod si aliquem hæc mea argumenta non mouent, vt iurisconsultus futurus linguæ cognitionem sibi comparet, hunc opinor mouerit Iustinianus ipse, qui in exordio statim Pandectarum linguam tam latinam, quam Græcam æternas esse optat: nec immerito, viderat vir ille, eos qui non vtraq; lingua exculti, ad legum studia irrumperẽt, oleum & operam perdituros. Quid ẽm cum tot Græcis legibus, cum tot Græcis vocabulis, quæ vbiuis obturbant, faciet iurisconsultus, lingue Græce prorsus hospes? Mouerint & hunc iurisc̃onsultorum exempla, qui, vt ex responsis eorũ conficere licet, vtranq; linguam ex æquo calluerunt. Mouerint & hunc nostri seculi iurisconsulti, quos qui iuris callentissimi sunt, in vtraq; lingua insigniter excellunt. Et vt alios omittam, est Guliel-mus Budeus, Iesu bone, quã rara, præter iuris Ciuilis exactam cognitionem, in vtraq; lingua eruditione præditus est. Andreas alciatus vir, in quo nescias maior ne iuris cognitio an vtriusq; linguæ,

exactissima peritia existat. Cui vero verisimile videtur viros illos, tantis laboribus vtriusq; linguæ scientiam sibi comparaturos fuisse, nisi eam, ad iura Ciuilia & valde necessariam & vtilem fore præuidissent? si quem tantorum virorum exempla non commoueant, vt prius in vtraque lingua perdiscenda operam ponat, quam Iuris adita subeat, hunc nescio quid mouere possit. Nec est quod difficultas aliquem ab vtraq; literatura discenda abstrahat, & absterreat. Adsit modo ingeniū mediocre, adsit amor, qui vt in prouerbio est, musicā docet, vtramq; discendi linguam ardens. Accedat præceptor non omnino imperitus, emoriar, nisi citius vtrāq; literaturam perdidicerit, quam quondam maiores nostri semilatini miserandam perdidicerunt balbutiem. Si quid difficultatis in his linguis perdiscendis est, in rudimentorū absynthio deuorando existit, quod vbi iam deuorauimus, omnia quæ discenda sunt, synere & melle fluere videbuntur. Sed quid hęc hoc loco? Intellexistis optimi auditores quibus literis opus sit ei, qui compēdio ad iuris Ciuilis studia prouehi velit. Intellexistis primo omnium ei eas discendas artes, quæ sermonis magistrę sunt, cuiusmodi est Grammatica Rhetorica, Dialectica. Intellexistis historiarū iuxta Poetarum lectione quoq; iurisconsultum instructum esse debere. Intellexistis iuris candidato, duas philosophiæ partes percognitas oppido profuturas, quarum vna rerum naturas inuestigat, altera ad mores formandos facit. Intellexistis & Latinæ & Græcæ literaturæ cognitionem parandam ei, qui inoffenso pede, in iuris Ciuilis campo inerrare cupiat. Ex quibus obiter imprudētiam dicam, an insaniam illorum, q; pueros vix vagitum oblitos

oblitos, iuri destinandos, putant, liquido perspicitis. Totum ius ex intimis artium humanitatis fontibus deriuatum est, & veterum iurisconsultorum literæ omni prisca & veteri eruditione scatent. Et sunt, si Deo placet, homines, qui & ius Ciuile, & prisca illa veneranda iurisconsultorum placita intelligi posse existimant, etiam si quis omnis humanitatis, omnis veræ eruditionis ignarus sit, Neq; vero & illud consentaneum est, quod plerique dicunt, eos qui secundum bonarum literarum cognitionem partam, iuri Ciuili animum adiungãt raro insignes iurisconsultos euadere. Quis Seruio Sulpitio in iure Ciuili Ciceronis seculo fuit præstãtior? at is sero ad ius Ciuile animum adiecit, nec Baldus inter interpretes iuris, postremus est, siue ingenij acumen spectet, siue diligentiam in tractãdis legibus consideret: at & is sero ius Ciuile attigit. Prætereo alios innumeros, qui quãuis ὀψιμαθεῖς in iure tamen Ciuili insigniter eruditissimi euaserũt Quare vos optimi iuuenes ne credite, ne obtemperate illis, qui vos omnium literarum, omnium linguarum rudes, ad iuris Ciuilis studia illiciunt. Cogitate illud Cathonis: Sat cito, si sat bene, cogitate tum demum vobis tempus discendi iura appetisse, quum iam in bonis & literis & linguis, solida fecerit is: quibus prætermissis, nunquam hoc quod cupitis: nempe vt ius Ciuile, & recte per omnia intelligatis & fœliciter tractetis, consequemini. Nobilis enim sententia Quintiliani est: ad nullius rei summam, nisi præceptis ini tijs peruenirí

DIXI.

FINIS.

CONSILIVM DI-

CONSI

LIVM DE COMPENDIARIA

discendi iura Ciuilia ratione, ad Mauricium Breunlerum, Iuris vtriusq; Licentiatum. Authore Christopho ro Hegendorphino.

CHRISTOPHORVS HEGENdorphinus, Mauricio Breunlero S.

CVM tu nuper, mi doctissime Mauri ci, apud me prãderes, & vt inter prandendum accidere solet, de rebus varijs confabularemur: tandem de iuuẽtutis nostræ studijs sermo vltro citroque inter nos habetur: vbi tu inter cætera dicebas tibi valde placere, quod iuuentus hoc tempore ad grauiora studia contenderet, nam alios ad Theologiam animum adijcere, alios Medicinæ studio se tradere, tertios, iurisprudentiq; nomen dare. Verum hoc tibi displicere aiebas, quod cũ tam Theologiæ, quam Medicinæ studiosis multæ adeo, & certæ professionem vtranq; fœliciter auspicandi viæ a doctissimis quibusq; & Theologis & Medicis præscriptæ sint, nullus inter iurisconsultos nostri seculi certam Iura Ciuilia ingrediundi methodum iuuentuti præmõstraret. Addebas te plerosq; non postremi nominis Iurisconsultos, sæpe consuluisse, quonam pacto, iuris Ciuilis studia fœliciter auspicanda essent, sed neminẽ adhuc aliquid certi

tibi

tibi ostendisse, nec in ratione accedendi iura Ciuilia consensisse, nam alium ab institutionibus Iuris Ciuilis hoc studium auspicandum esse consuluisse, alium ab interpretum lectione in hæc studia ingrediendum esse suasisse. Tertium iuris candidatum, ab initio statim professores iuris omnes diligenter audiendos esse, authorem fuisse, breuiter alios aliam qua horum studiorum cursus instituendus esset, viam monstrasse. Et cum qua es facundia, multorum consilia, quæ ijs, qui Iuri Ciuili se dedere, vel fuit data, nobis inter prandendum deserte exposuisses, tandē me intuitus, ecquid tu Christophore consuleres, si rogareris a iuuene, vt dux ei itineris ad ius Ciuile perdiscendum esses? Ego vero in præsentia id quod mihi commodum, & rectum videbatur, dixi: interim rem mecum altius, & accuratius repetens, concepi animo rationem quandam, quæ mihi non omnino absurda, & Iuris Ciuilis candidato non infrugifera visa est. Cæterum vt tu istius meæ rationis discepta tor esse possis, eam in literas relatam ad te mittere volui. At ne inter legendum rerum turba onereris, & quam fortasse fideliter quam salubriter his qui Iuris sacris inaugurari cupiunt consului, dispicere nequeas, in capita quædam vniuersi consilij mei, summam redegi

CAPVT PRIMVM.

SI in vlla alia re instituenda anīo obuersari debet illud, quod nescio quis tandem dixit, deliberandum est diu, quod statuendum est semel in Iurisprudentia adeūda aio obuersabitur, quod

moneat iuuenem. vt prius secum deliberet, quam ad Ius Ciuile discendum animum adiungat. Primo omnium deliberabit secum, an huic disciplinæ adeundę maturus sit, tunc vero se maturum esse ferat, quando iam omnibus bonis literis se exornauit, quando iam Græcæ iuxta Latinæ literaturæ gnarus est. Citra enim bonarum literarum cognitionem, citra linguarum peritiam, in legum studia nihil nec spe sua, necꝫ aliorum expectatiõe dignum effecerit. Marcus Cicero tabulas legũ duodecim omnium philosophorum bibliothecas vocat, quod in his omnes philosophiæ partes repositæ & reconditæ sunt. Iam in quinquaginta Pandectarum libris fusius & vberius a veteribus Cæsaribus, a priscis Iurisconsultis partes τῆς φιλοσοφίας expositæ extant. Quod si igitur illæ tabulæ duodecim vniuersam philosophiam complectuntur, & Pandectarum libri ex illis tabulis ceu fontib⁹ promanarunt, omnis Philosophiæ gnarus sit oportet qui in Digestorum libris fœliciter versari volet. Sed vt quid velim intelligatur, philosophia mihi finienda est. Philosophia non est hoc studij genus, quod Sophisticas, & quæ Neronis thermas refrigerare possent, nugas persequitur, sed Philosophia est artium dicendi, morum Ciuilium, & Philosophiæ cognitio. Dictionem, hoc est, orationem tres artes informant, Grammatica, Dialectica, Rhethorica. Grammatica docet vt verba verbis apte inter loquendum copulemus, ne generibus (vt inquit Cicero) numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio. Iam quis negare potest quin Grammatices cognitio necessaria sit Iuris candidato, quippe sine qua, nec verborum in legibus contextum obseruare, nec ipse vt quid

dicat

dicat, auditor assequatur, & efficere potest. Taceo hic de propria & natiua cognitione vocũ, cuius q̃ q; Grammatica magistra est. Quomodo igitur voces legum intelliget is, qui e Grammatica vocum significationem non vnquam perdidicit? Rhetorica orationis cultum: & elegantiam docet. Cultus orationis in hoc situs est: vt id quod dicere velimus: nitide: polite & venuste dicamus. Elegãtia orationis est nihil aliud: quam natiua sermonis puritas & venustas. In Iure Ciuili quanta orationis cultu omnia niteant, quanta orationis elegantia omnia fluant, norunt ij, qui Pandectarum libros vel extremis, vt dicitur digitis, attigerunt. At vero quid faciet in istis libris iuuenis, omnis cultus, omnis elegantiæ orationis rudis & expers? nihil profecto aliud, quam homo rusticus in cubiculo vestium cultissimarum, vasorum Corinthiacorum, rerum omnium elegantissimarũ instructissimo facere potest, mirabitur quidem illũ omnium rerum mundum & ornatum, sed illo vti homo his rebus non exercitus non nouit, sed nec quid artis in re qualibet sit, præ inscitia intelligit. An non etiam hoc omnis elegantiæ orationis rudi IVRIS candidato in Pandectarum libris omni ratiõis suppellectile elegantissimis, omni natiua dictionis puritate refertissimis, vsu venire poterit, nimirum vt miretur quidem veterum IVRISCONSVLTORVM in dicendo & nitorem, & elegantiam, sed præ ignorantia LATINAE dictionis res quas tantopere admiratur, in vsum suum conuertere nesciat. Tum quid in hac vel ista lege artificij intextum sit: prorsus non assequatur, quando ita natura comparatum, vt nemo rei, cuius ignarus existit, artem

intelligere queat. Nec igitur sermonis artificium, nisi sermonis artifex intelliget. Porro si Iurisconsulto aliquando, vbi vbi tandē sit, ea faciēda erunt, insuaue quid & ingratum auribus offundet, si nō ineſcandarum aurium illecebras, quæ e Rhetoricis discuntur, perspectas habuerit. Quid commemorem hic, quod admodum diserte & distincte res vniuersæ in legibus tradantur? id quod iuuenis Dialectices imperitus nunquam quoque intelliget. Dialectica est enim ars, qua ea quæ diserte & distincte tractata sunt, cognoscimus. Accedit huc quod in legū studio subinde probationū iam ἐντέχνων iam ἀτέχνων fit mentio, has quoque nec assequetur, nec pro dignitate tractare poterit iuuenis, qui dialecticam nunquā vel, vt in prouerbio est, a limine salutauit. Etenim Dialectica est organum quoddam, quo & argumentorum formas intelligimus, & recte argumentis vti valemus. Et hic quidem est tam Rhetorices, quam Dialectices vsus in legibus ipsis tranctandis. Quid vero Iurisconsultus Dialectices rudis aget, vel in foro, vel in concione ad populum habenda, vel in consilijs dā dis? certe confuse & vtut impetus quidam mentis dictat, effundet omnia. Nec aut quid ipse dicat, si subito dicendum sit in promptū habebit, nec quid dixerit, alij intelligent. Nec iniuria, siquidem illius artis expers est, quæ statim quid de qualibet re dici debeat, & quo ordine vt intelligatur dicendum sit, commonstrat. Venio ad Ethicen, cuius ad eo Pandectarū libri referti sunt, vt mirer alicui iuueni tam parum esse frontis, vt Philosophiæ moralis nudior quam leberis carnium est, Ius Ciuile attingere audeat. Et audi: Philosophia moralis virtu-

virtutum cultum docet, regna, vrbes, domos, familias, homines deniq; ipsos ad optima quæq; informat, & dirigit. Eadem Ciuile ius profitetur. Iuris ẽm præcepta sunt, honeste viuere, neminem lædere, Ius suum vnicuique tribuere. paragra. Iuris præcepta, instituti, de Iustitia & Iure. Quid vero aliud est honeste viuere, quam vitam omnibus virtutibus excultam traducere? Quid aliud est neminem lædere? quam de omnibus benemereri, male de nullis? regno suo contẽtũ esse, & alium e regno suo nõ vi, nõ dolo malo exturbare, nõ alienas domos expugnare, inuadere, non vrbibus aliorum vim inferre, eas diripere, vi occupare. At Ius suum cuique tribuere, est magistratus venerari, colere, metuere, victigal eis persoluere, neminem re sua defraudare, vnicuiq; ius suum illæsum relinquere. Iam cum Philosophia illa moralis & ius Ciuile eadem doceant, multum retulerit in Philosophiæ moralis authoribus prius diligenter versatum esse, quam iuris Ciuilis studia adeant. Cum quantum ad leges naturæ attinet, e quibus Cicerone authore, omnia Iura ciuilia emanarunt, illæ certe plenius apud Philosophos, quam apud Iurisconsultos traduntur. Tum quod quid et virtutes, quas præmijs Ius Ciuile ornat, & quid vitia, quæ punit existant, rectius & accuratius philosophorum quam Iurisconsultorum libri explicãt. Cæterum sunt in Iure Ciuili multa de veneficijs, de abortiõibus, de homicidijs, de caussis rerum variarum, quæ singula, citra PHILOSOPHIAE naturalis cognitionem nec capi, nec tractari possunt. Nam PHILOSOPHIA naturalis est, quæ caus-

sas, energias veneni, medicamentorum, quibus abortiones excitentur, cædis ex vulnere inflictu facta docet. Illa est quoque PHILOSOPHIAE pars, quæ quid causſa, quid effectus: quorum vsum & apud Iurisconsultos esse testatur Cicero, commonstrat. Necessaria igitur Iuris studioso huius PHILOSOPHIAE partis cognitio existit. Enimuero cum in Pandectarum libris, aliquando Platonis, aliquando Homeri testimonium, ad leges roborandas adducatur. Cum omnes Digestorum libri adeo Græcis vocibus plenæ sint, vt vix Athenis tot vlulæ fuerint, cum subinde a priscis Iurisconsultis, ad Græcorum literas tacite alludatur, Græcam linguam calleat oportet is, qui Iuris Ciuilis adita penetrare concupiscit. De elegantia Latini sermonis, quo leges conscriptæ sint, quid multa commorem? quum antehac dictum sit, Legibus nihil venustius, nihil latinius existere. Eat igitur aliquis, & Ius Ciuile se ad vnguem intellecturum speret, etiamsi omnis Latini sermonis imperitus sit. Quis nunc igitur tam stupidus est, vt non intelligat, se tunc maturum Legibus Ciuilibus adeundis fore, quum totius PHILOPHIAE, quum tam Græcæ, quam Latinæ linguæ peritiam sibi compararit? Sub hæc iuuenis Ius Ciuile aditurus cogitet, an, voce, memoria, facundia polleat, quæ si in eo desiderantur, nisi forsi tan nunquam in solem proditurus sit, sed semper in vmbra secum, aut ἀναίσθητα, aut consilijs tantum conscribendis operam suam impendere velit, nescio an ad Ius Ciuile animum appellere debeat.

beat. Ridetur Iurisconsultus si in publico agat, & non voce leni, suaui, flexibili auditorum demulce at aures. Turpiter se dat Iurisconsultus, si Coruino obliuiosior sit, nihil vel ipse mẽoriter reddere, vel nihil quod ab aduersario dictum ẽ, memoria complecti queat, nunquam se publico committere audebit is, qui infacundiæ suæ conscius est, semper enim meruet, vt anceps orationis euentus est, ne aut pudore suffusus interfilescat, aut balbutiendo procerum, qui auscultant, aures enecet.

CAPVT SECVNDVM.

NEc illud Iuris studia aditurus ignoret, Iurisprudentiam & Deo concedi & dei donum existere, proinde bona conscientia eam & excoli, & exerceri posse. Nam cum magistratus & Deo sit, ad Romanos decimoterertio, nec magistratus sine legibus officio suo fungi queat: siquidem e legibus quæ iusta, quæ iniusta sunt condiscit e legibus quæ pœna, quæ præmio digna existunt facta hominum percipit. Leges igitur Ciuiles vt quæ partes omnes magistratus sunt & deo profectæ sunt, & a Christiano quoq; tractari conscientia bona queunt. Id quod hac gratia moneo, vt e pectoribus q̃rundã opinionẽ illã prauã radicitus euellã, q̃ sibi legũ ciuiliũ tractationẽ & scientiam Chr̃iano hoĩe indignã persuadẽt, vt cui deus prorsus infensus sit, quæ opinio duo mala parit. Vnũ, quod neminem & Christianum & Iurisconsultum esse posse, efficit: vnde etiã vox illa nulli nõ in ore emanauit: Omnis Iurisconsultus male de religione sentit. Alterũ, q̃d permulti ignari hanc professionem

nem a deo ordinãdam esse in hac citra omnẽ con scientiam prorsus ἄνω volutantur, quippe q̃ præter vnum lucrum quo iure quaq; iniuria partum, aliud quærunt nihil. Nec deerũt hic sane homines absq; fronte, qui me ridebunt, quod Iurisconsultũ pium quoque esse velim. Sed quid mea refert quid impium lucrisugarũ genus in me deblateret, modo illa Pauli sententia vera sit, ad Romanos decimoquarto: Vnusquisque vestrum de seipso rationem reddet deo. Vnusquisque, dicit Paulus, siue igitur Iurisconsultus es, siue Medicus, siue Theologus, de factis tuis tibi rationem reddendam eẽ certo scias. Proinde vnicuique ita agendum erit, ne vbi dominus nobiscum rationem positurus veniat, rationem vitæ nostræ reddere non possimus.

CAPVT TERTIVM.

REcte monuit quidam dum in quauis re finẽ spectari vult, sic enim fit: vt qs & de re cui se dicare cupit, consilium capere queat, digna ne sit cui se dicet. Tum fine rei ab oculos obuersante, re aliter atque æquum est, non temere vtetur. Prionde iuuenis Iura Ciuilia aditurus, qs eorum finis sit, secum cogitet: & deinde ea vel amplectatur, vel fugiat, & vbi ea iam perdidicit, etiam studeat, ne aliorsum atq; debet, iuribus Ciuilibus vtatur. Sunt vero fines Iurisprudentiæ varij. Vnus est, vt Iuris Ciuilis cognitione parata Rem publicam recte et prudenter gubernare possimus. Hunc finem Iurisprudẽtiæ statuit Iustinianus Imperator in para, summa itaque ope, in Præfatione Institutionum. Alius est, vt ad iuris Ciuilis cognitio-

gnitionem, tandem viduis oppressis subueniamus, pupillis vexatis succurramus, quæ opera & deo adprime cordi sunt, & quæ a nobis in primis exigit, Esaiæ primo: Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillum: hoc est, defendite, Hebræorum more, defendite viduam. Est quoque & ille Iurisprudentiæ finis, vt nobis constet quid nostrum, quid aliorum, quid æquum, quid iniquū sit. Sic enim Cicero in oratione pro Cecinna inquit: Hoc vobis in mentem veniat, nihil esse in ciuitate tam diligenter, quam Ius Ciuile retinendū: etenim hoc sublato, nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse quid suum, aut quid alienum, nihil est quod æquabile inter omnes homines, atque vnum omnibus esse possit, hæc ille. Iam quod plerique Iure Ciuili abutūtur, & quod ad hominum salutem repertum est, ad eorum perniciem & damnum conuertitur, id non Iuri Ciuili, sed prauæ hominum voluntati imputandum est, nisi forte sacrosanctam Theologiam damnabimus, quod ea plerique Hierophantæ adeo abutuntur: vt nihil minus, quam quod dicitur videri possit: sed hoc prorsus ex animis hominum reuulsum esse debet, vti professiones literarum ex prauis hominum abutentium cupiditatibus, vel damnent, vel vituperent.

CAPVT QVARTVM.

RElíquum est, vt doceamus, quæ nam is, qui Iuri discendo animum adiungit, vel priuatim legere, vel publice audire debeat. Ego quod mihi commodum & rectum videtur, dicam

cam, ſi quid commodius & rectius alicui viſum fuerit, huic mea ſententia nihil præiudicatum eſſe volo. Mea hæc eſt ratio, Iuriſconſulto futuro nihil eſſe melius, nihil conducibilius, q̃ vt primo omnium inſtitutiones Iuris Ciuilis, & priuato Marte legat, & ſi præceptoris idonei copia eſt, audiat. Nã cũ Fabio authore, ad ſummã niſi præcedentibus initijs non perueniatur, & libri inſtitutionum elementa & initia iuris ſint. paragra. igitur hi libri in proœmio Inſtit. merito ab illis Iuris Ciuilis ſtudio auſpicantur. Cæterum inſtitutiones illas Iuris, ita a iuuene legi volo, vt ſimplici verborum Iuſtiniani ſenſu contentus ſit. Accurſq̃ Gloſſas, quæ ſane magna ex parte optimæ ſunt, aliquandiu miſſas faciat: idque duobus nominibus partim quod rudimenta prima ſimpliciſſime diſcenda ſunt, partim quod gloſſæ inſtitutionum vtilia quidem multa, ſed etiam multa parerga et difficilia producunt, quę rudem adhuc animum multitudine & varietate onerare & a ſtudio illo prorſus abſterrere queunt. para. his igitur, Inſtitut. de iuſti. & Iure. Ad hæc volo iuuenem tam dilgenter, tam crebro inſtitutionum libros legere, vt nullus ſit paragraph⁹ in vllo titulo, quin eum melius q̃ vngues ſuos teneat: deinde nec mihi infrugiferum videtur, vt iuuenis iuri ciuili deſtinatus, titulum de verborum & rerum ſignificatione diligenter euoluat, legat relegatq̃. Nã qñ quælibet profeſſio ſua peculiaria habet vocabula, quibus nõ perſpectis in ea profeſſione feliciter verſari poteſt nemo, non iniuria titulus ille a Iuris ciuilis candidato ſtudioſiſſime legẽ, nẽpe e quo vocabula iuri ciuili propria cõſecuturus ẽ. Circũferẽ vulgo Lexicõ q̃ddã

Iuris

Iuris ciuilis, quod q̃uis non omnino indignum est lectu, tñ iuuenem malim ad fontes statim rerũ ab initio contendere, quam circa riuulos conseneſcere. Postremo & illud consultum primis discentium studijs videtur, vt regulas iuris memoriter discat, in legendis regulis nolo quoq; iuuenem multum esse solicitum quid glossulariꝝ adferant, satis sit si regulas simpliciſſime & intelligat, & memoria teneat. Vbi aliquando plus virium in legibus habuerit, tũ, si volet, glossulariorum exegeses cõsulere poteſt. Hæc quæ aliquandiu iuri ciuili se destinantem, quam poteſt fieri & diligentiſſime & legere & audire velim.

CAPVT QVINTVM

CAEterum vbi iam in institutionibus in titulo de rerum & verborum significatione, in regulis Iuris aliquandiu versatus est, tũ ad codicẽ audiendũ, si mõ p̃ceptor idoneus adsit, vel si præceptor desit, legendum, gradum faciet. In quo hoc primo omnium elaborabit, vt oĩm titulorꝝ codicis elenchos & argumenta probe cõperta habeat, quo, si de aliqua re sermo oriat, statim vbi aliquid de hac re conquirat, ei suppediter, & tunc cõiunctim tã institutiones, q̃ codicẽ & legere & audire poterit. Tunc quoq; tempus est, vt glosſas illas, q̃s ordiarias vocãt, adeat, & q̃ apte, et q̃ diſerte leges vel exponãt, vel adducãt, cognoſcere, id qđ nõ parũ ad augẽdũ iudicij acrimoniã, cõduxerit. Nolo vt iuuenis stati se interp̃tũ turba coemẽda oneret. Sic interp̃tes legere in aĩo est, illa glossarum ὑπομνήματα legat, Bartholo, Baldo, & alijs

aliȝs interpretibus legendis, tunc tempus erit, quando iam legibus exercitatus, iudicare queat, vbi interpretes legibus, aut cõsentanea, aut dissentanea scripserint. Alioqui dum quis diligentius & prius interpretes, quam Iura Ciuilia legit: euenit, vt non raro in errorem ducatur, quando nemo negare potest, interpretes sæpissime in legũ exegesi turpissime hallucinari & aberrare.

CAPVT SEXTVM.

AT cum quis et multam & longam operam euoluendis & institutionibus & Codici impendit, tum primum pandectarum libros, vel ipse leget, vel prælegi audiet, in quibus legendis hoc quoq; iuuenum præstare velim, vt titulorum rationem habeat, & ad titu. leges quasli bet, exigat: ita sane futurum reor, vt ei leges titulorum, intellectu faciliores existant. Quod si iam interpretes emere vult, emat paucos, & eos quidem selectos, cuiusmodi est Bartholus, Baldus, Paulus de castro, Philippus, Decius, Zasius, Alciatus: quos iudicio quam potest maximo leget, nõ statim ex Tripode (quod aiũt) prolatum esse eximans, si quid Bartholus vel Baldus dixerint: sed secum expendat, an ea quæ affirmant cum legibꝰ congruant: expendat quibus rationibus vtantur, qua fide leges legibus concilient. Breuiter in interpretibus legendis iuueni istæ regulæ positæ sint.

PRIMA.

In ciui-

INciuile est non tota lege perspecta, aliqua ei⁹ particula proposita iudicare, vel respondere. Ex hac regula deprehendet interpretes locis q̄-plurimis vnum, aut alterum verbum ex lege quapiam ad aliquid vel confirmandum vel infirmā dum decerpere, quod si tota lex perpendatur, vel ex Diametro cum eo, ad quod citatum est, pugnare conspexerit.

REGVLA SECVNDA.

IS fraudem legi facit, qui saluis verbis legis, sententiam eius circunuenit. Hæc regula eo facit, ne iuuenis temere patiatur sibi aperta legū verb^a in sensum plane alienum detorqueri.

CAPVT SEPTIMVM.

VOlo quoq; iuuenem summo studio audire eos, qui iura profitentur. Notum enim est illud Ciceronis ad Trebatium, artem illam Iuris lumen & doctorem requirere, vñ & Cicero se in iure Ciuili M. Scæuola præceptore vsum fatetur, vbi iuuenis e prælectione domum redierit, tum hac ratione vtetur, primo omnium thema legis a præceptore recte ne an perperam efformatū sit. Deinde an & ad aliam speciem causæ hæc lex accomodari queat, secum cogitet. Postremo, vbi legem recte intellexit, eam memoriæ mandet. Et vt hæc obiter moneam, nolo iuuenē se multis vel prælectionibus onerare, vel multis priuatim legēdis obruere, q̄ memoria rerum multitudine non raro & hebescit & deperit. Proinde vnam aut al

p teram

teram horam audiendis legibus impertiat, pauca legat priuatim, quæ audiuit, quæ legit in memoriæ thesaurum reponat. Et ne vel audita vel lecta excidant, ea subinde a se exigat, succurrat ei id qđ Alphenus fœnerator apud Columellam scribit, quamuis bona nomina mala fieri nisi admoneas cogitet, quamuis felici memoria præditus sit, q̃uis res bene memoria complectatur, effugere posse, si non eas subinde quasi se de credito appellando, repetat.

Cum vero omnes artes vsu & parentur et cõfirmentur, velim quoque Iuuenem Iuri Ciuili deditum, aliquot progymnasmata habere, in qbus si quæ vel audit, vel legit in Solem (quod aiũt) ex vmbra procedere queat.

PRIMVM PROGYMNASMA.

SI iuuenis inter suos contubernales eiusdem studij æmulos versatur, mox ea, quæ aut auditu aut lectione priuata, in legibus accepit, in medium proferat, & aliorum sententiam ac iudiciũ de his conquirat.

SECVNDVM.

NOn raro & Iuris ciuilis candidati conueniant, & themata, veluti malo contentionis in medium coniecto, inter se digladientẽ, et legibus leges oppugnent, leges quæ inter se discordare videntur in concordiam redigere conẽtur, qđ si vltra vires eorũ est, adeant præceptorem, q̃ disceptationem eorum de antinomijs ortã, dirimat.

Terti-

TERTIVV.

DIsputationibus publicis diligenter se exerceant, in quibus vt recte versari queãt, profuerit topica Ciceronis studiose legisse, e q̃bus locos eos petere poterint, quib⁹ instructi recte & facile colligent & ratiocinabuntur.

QVARTVM.

NOn parum & illud iuris candidatis profuerit, si domesticis declamationibus contenderint, ita vt alter actoris, alter rei partes subeat, qua ratione, & ad vsum forensem, & in publico agẽdum magnam viam aperuerint. Formulam talium declamationum si quis requirit, is ex Alciato Iurisconsultorum nostri seculi ἄλφα de promat.

QVINTVM.

VElim & iuuenes statutis horis quotidie confluerẽt, & quod quisque in legibus in memoriam reposuisset, in commune exprometet: sic & præter hoc quod ipse didicit, vsura quoque eorum quæ alij adferrent, quisque per se in iuris ciuilis cognitione locupletabitur.

CAPVT OCTAVVM.

POrro quando rerum q̃ in legibus tradunt tãta est multitudo, vt si vel Symonidẽ memoria vincas, rerum earũ meminisse nõ possis, locos cões instruet iuuenis, in q̃s & ea quæ quotidiana

diana lectiõe obſeruat, conferat, & e quibus, ſi quę exciderint, poſtliminio in memoriam reponet, & ſunt fateor, tituli ipſi Iuris Ciuilis loci communes: tamen & alij comparari poſſunt, quorum vt iuuentus guſtum quendam habeat, paucos ſubijciam.

Locus ſit citatio, ille in plures locos diuidi poteſt quorum primus eſt, quando quis citandus ſit.

Secundus, quo loco quis citandus ſit.

Tertius, an citatio die feſto facta, aliquid momenti habeat.

Quartus, an pars aliqua citra conſenſum iudicis alteram partem in Ius vocare queat.

Quintus, citatio peremptoria qd energias habet.

Sextus, qua mulcta afficiendus is, qui peremptorie citatus emaneat.

Septimus, formulæ citandi, & ſi qui alij ſunt loci, qui ex vno loco manant.

Item, ſit locus communis, an reſcripta principũ contra leges extorta aliquid virium obtineant.

Item, an creditor pignore debitoris vti poſſit.

Item, in qua re Ius Ciuile cum municipali diſcrepet.

Item varie variari ciuitatum conſuetudines.

Item, vbi in lege quadam exponenda, Bartholus ab alio interprete diſſentiat, vbi cum alio conſentiat.

Item, vbi Bartholus vel Baldus in lege quadã interpretanda, tota, quod aiunt, via, errarint.

Item, Accurſij errata in legum Exegeſi.

Item, concordia Iuris Ciuilis & Canonici. Poſſunt, & alij loci innumerabiles parati. Ego hos

paucu

pauculos monstrasse volo, vt iuuentutem ad alios instruendos commonefaciam.

PERORATIO.


Hæc ego mi eruditissime Maurici, consulerem iuueni, qui se Iuris Ciuilis studio consecrare velit: hæc si tibi frugifera iuuenibus videbuntur, qd aliud malim, quam meum consilium ad animi tui sententiam tam belle quadrare: sin tu quędā meliora nosti, fac ea in commune adferas: ego quæ mihi in præsentia Iuris studioso prodesse posse videbantur, ea celare nolui.

Vale.

Ex
Libris
Andreæ Murzynowski
1740.
Diebz
Ibris
Mauric

1

yeardum ferreazum



BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14043

